bello perdidissent. Constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor, et nimia severitas, cui iam pares non sumus. Inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem sermo: Pisonis comis oratio: et patrum favor aderat: multi voluntate; effusius qui noluerant: medii at plurimi, obvio obsequio privatas spes agitantes, sine publica cura. Neq aliud sequenti quatruiduo (quod medium inter adoptionem et caedem fuit) dictum a Pisone in publico, factumve. Crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis, et facili civitate ad accipienda, credendaque omnia nova, cum tristia sunt; censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos: agitatum secreto, num, et Piso proficisceretur, maiore praetextu: illi auctoritatem senatus, hic dignatio-

la autoridad del Senado , y él la de César. Pareció también que fuese juntamente Lacon , Prefecto del Pretorio ; mas estorbólo él mismo. Y los Embaxadores también ( porque el Senado había remitido la elección á Galba ) fueron con vergonzosa inconstancia nombrados, excusados y substituidos muchas veces , por las diligencias y negociaciones que se hacian para ir ó quedar , conforme á lo que cada uno se dexaba llevar del temor ó de la esperanza, Pensándose después en el modo de hallar dineros , considerado todo , pareció pensamiento justificado el sacarlos de donde tuvo origen la pobreza. Había desperdiciado Nerón en dádivas y mercedes sesenta millones de oro : y así Galba , haciendo llamar á los que los habian recibido , mandó que lo restituyesen todo , salvo la décima parte. Mas á estos apenas les quedaba la décima de lo recibido ; habiendo echado á mal la hacienda agena , por el mismo camino que antes habían desperdiciado la propia ; porque á los mas perdidos y robadores de aquellos , no les habian quedado casas ni viñas , sino solamente los instrumentos de sus vicios. Nombráronse para esta cobranza treinta caballeros Romanos , oficio nuevo y cargoso , por la ambicion de tantos exáctores , y gran número de interesados. Por todas partes habia ventas

---

nem Caesaris laturus. Placebat , et Laconem praetorii praefectum simul mitti. Is consilio intercessit. Legati quoque ( nam senatus electionem Galbae permiserat ) foeda inconstantia nominati , excusati , substituti , ambitu remanendi aut eundi , ut quemque metus vel spes impulerat. Proxima pecuniae cura : et cuncta scrutantibus iustissimum visum est , inde repeti , unde inopiae causa erat. Bis , et vices millies sextertium donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit , decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumae super portiones erant : iisdem erga aliena sumptibus , quibus sua prodegerant , cum rapacissimo cuique ac perditissimo , non agri , aut foenus , sed sola instrumenta vitiorum manerent. Exactioni XXX. equites Romani praepositi novum officii genus , et ambitu ac numero one-

al encante; no se oía otra cosa, que voces de pregoneros, ni se veía sino gente que acudía á comprar de las almonedas, como si fuera ropa de saco. Con todo eso era gran gusto el ver quedar tan pobres á los que Neron habia enriquecido, como á los que habia quitado sus haciendas. En los mismos dias fueron reformados de sus oficios de Tribunos, de Pretorianos Antonio Tauro y Antonio Nason; de las cohortes de la ciudad Emilio Pacense, y de los vigiles que tenian á su cargo las rondas, Julio Fronton. Y no fué esto remedio para los demas, sino principio de temor, como si con tenerlos atados por sospechosos, quisiesen con miedo y artificio irlos echando de uno en uno.

§. V. Oton en tanto (á quien, acomodadas las cosas, no le quedaba esperanza alguna) era á un mismo tiempo combatido de varios pensamientos: de los excesivos gastos que le causaban sus vicios y desordenes, bastantes á oprimirle quando fuera Príncipe; de su pobreza, apenas sufrible á hombre particular; de la ira contra Galba, y de la envidia para con Pison. «Fingiase él mismo grandes temores, por encender mas sus ambiciosos deseos, publicando haber sido mal visto de Neron; y que ya no le estaba bien esperar otra Lusitania, ni

rosam : ubique hasta , et sector , et inquieta urbs auctionibus. Attamen grande gaudium , quod tam pauperes forent , quibus donasset Nero , quam quibus abstulisset. Exauctorati per eos dies tribuni , e praetorio Antonius Taurus , et Antonius Naso ; ex urbanis cohortibus , AEmilius Pacensis ; e vigiliis Iulius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit , sed metus initium : tanquam per artem et formidinem singuli pellerentur , omnibus suspectis.

§. IV. Interea Othonem , cui compositis rebus nulla spes , omne in turbido consilium , multa simul exstimulabant : luxuria etiam principis onerosa , inopia vix privato toleranda , in Galbam ira , in Pisonem invidia. Fingebat et metum , quo magis concupisceret. «Praegravem se Neroni fuisse : nec Lusitaniam rursus , et alterius exsilii ho-

otro semejante honrado destierro: que era sospechoso y aborrecible siempre al Príncipe aquel que tenia partes para poderle suceder: que habiéndole dañado esto ya para con el Príncipe viejo; era cierto que le dañaria mucho mas con el mozo, cruel de su naturaleza, y feroz con el largo destierro: que era cosa facil hacer morir á Oton, y á esta causa más acertado tentar animosamente la fortuna, mientras estaba todavia débil la autoridad de Galba, y no bien arraigada la de Pison: que era muy á propósito para los negocios grandes el valerse de la ocasion con presteza, no siendo de provecho la dilacion, quando es mas dañoso el diferir que el usar temeridad: que la muerte de su naturaleza era comun á todos, diferenciándose en los sucesores con el olvido ó con la gloria. Y si al culpado y al inocente está aparejado un mismo fin, cosa de hombre mas generoso es el morir por cosa que lo valga.” No tenia Oton el ánimo afeminado, ni semejante al cuerpo, Y los libertos y esclavos mas privados, á quien él habia tenido con menos freno y diligencia de lo que convenia en casa particular, le representaban como suyas todas las grandezas de Neron, sus palácios, sus pompas, sus adulterios, y los demas deleytes del que reyna, (deseadas con extremo por él) y le

---

norem expectandum: suspectum semper, invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur. Nocuisse id sibi apud senem principem: magis nociturum apud iuvenem, ingenio trucem, et longo exsilio efferatum. Occidi Othonem posse: proinde agendum, audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. Opportunos magnis conatibus transitus rerum: nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies, quam temeritas. Mortem omnibus ex natura aequalem, oblivione apud pósteros, vel gloria distingui. Ac si nocentem, innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse, merito perire.” Non erat Othonis mollis, et corpori similis animus. Et intimi libertorum, servorumque corruptius, quam in privata domo habiti, aulam Nerois, et luxus, adulteria, matrimonia, ceterasque regnorum libidines,



daban con ellas en rostro , como cosas que las había de ver presto en poder ageno , si no se atrevia á tomarlas ; aprctándole tambien los matemáticos , con asegurarle por observacion de las estrellas , que aquel año había de haber nuevos movimientos , y ser muy dichoso y bien afortunado á Oton : linage de hombres infieles á los poderosos , falsos á los que se ceban de esperanzas , y que en nuestra ciudad serán siempre prohibidos y conservados. Con estos había conferido sus secretos Popea , y fueron miserable instrumento de aquel matrimonio con el Príncipe ; de los cuales , un cierto Ptolomeo que acompañó á Oton en España , habiéndole asegurado que alcanzaria de dias á Neron , acreditado con la verdad del suceso , y ayudado de las conjeturas y discursos hechos por los que hacian juicio de la vejez de Galba y juventud de Oton , le tenia persuadido á que había de ser llamado al Imperio. Recibia todas estas cosas Oton , como pronosticadas por ciencia y demostracion de los hados , llevado de aquel humano y natural deseo , de creer de mejor gana las cosas que se entienden menos. No faltaba tampoco Ptolomeo de instigarle á la maldad , á la qual de semejantes pensamientos facilmente se

---

avido talium , si auderet , ut sua ostentantes ; quiescenti , ut aliena exprobrabant : urgentibus etiam mathematicis , dum novos motus , et clarum Othoni annum observatione siderum affirmant : genus hominum potentibus infidum , sperantibus fallax , quod in civitate nostra , et vetabitur semper , et retinebitur. Multos secreta Poppaeae mathematicos , pessimum principalis matrimonii instrumentum , habuerant : e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes , cum superfuturum eum Neroni promisisset , postquam ex eventu fides , coniectura iam , et rumore , senium Galbae , et iuventam Othonis computantium , persuaserat fore , ut in imperium ascisceretur. Sed Otho tanquam peritia , et monitu fatorum praedicta accipiebat , cupidine ingenii humani libentius obscura credendi. Nec deerat Ptolemaeus , iam et sceleris instinator , ad quod facillime ab eiusmodi voto transitur. Sed sceleris cogitatio

pasa. Si fué improvisa la resolución, hasta ahora no se sabe; pero es certísimo, que mucho antes se había procurado el favor de los soldados, ó con la esperanza de la sucesion, ó por aparejo á la fuerza. En el camino al marchar el ejército, y en las guardias llamando por sus nombres á los soldados mas viejos, y acordándoles el haber acompañado como él á Neron, nombrándolos compañeros y camaradas, mostraba conocer á unos, preguntaba de otros, y con dineros y favores beneficiaba á todos; diciendo al descuido quejas ó palabras de varios sentidos, que se podian torcer contra Galba, con otros semejantes artificios, para ir disponiendo el vulgo á la sedicion: los trabajos del camino, la falta de vituallas, la aspereza del mando desagradaban mucho á la gente de guerra: porque, acostumbrados á pasearse con la armada, de mar por los lagos de Campania, ó por las ciudades de la costa de Acaya, hacian ahora de mala gana, oprimidos del peso de las armas, los viages largos y difíciles de los Pitineos y de los Alpes. Habia añadido leña al fuego en los ardientes ánimos militares Mevio Pudente, uno de los familiares de Tigelino. Este incitando á los mas livianos, y necesitados á deseo de cosas nue-

---

incertum, an repens: studia militum iam pridem spe successionis, aut paratu facinoris affectaverat: in itinere, in agmine, in stationibus, vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac memoria Neroniani comitatus, contubernales appellando: alios agnoscere, quosdam requirere, et pecunia aut gratia iuvare: inserendo saepius querelas, et ambiguos de Galba sermones, quaeque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia comæatum, duritia imperii, atrocius accipiebantur, cum Campaniae lacus, et Aethiopiae urbes classibus adire soliti, Pirenaeum et Alpes, et immensa viarum spatia, aegre sub armis enterentur. Flagrantibus iam militum animis, velut fauces addiderat Mevius Pudens, e proximis Tigellini: is nobilissimum quemque ingenio, aut pecuniae indignum, et in novas cupiditates praecipitem alliciendo, eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii, quotiens

vas, pasó poco á poco tan adelante, que cada vez que Galba iba á comer con Oton, daba á cada soldado de la cohorte que era de guardia diez escudos, socolor de aguinaldo del banquete. Este donativo hecho en público era aumentado tambien por Oton, con otras liberalidades en secreto; habiéndose hecho tan animoso cohechador, que litigando Cocceyo Proculo, soldado de la guardia Imperial, sobre los confines de cierto campo con su vecino, compró con su dinero todo el campo sobre que se pleiteaba, y lo dió á Proculo; y esto por indiscrecion del Prefecto, facil á ser engañado en las cosas claras, quanto y mas en las obscuras: mas el cargo de exercitar la maldad se dió á Onomasto, uno de sus libertos; por el qual, atraídos á lo mismo Barbio Proculo, Furriel de los hacheros de la guardia, y Veturio que solia servir el oficio en su ausencia, despues de haberlos conocido Oton en diversas pláticas por hombres astutos y animosos, los cargó de promesas y de premiós, dándoles tambien dineros para tentar los ánimos de otros: cosa notable, que dos soldados ordinarios tomasen á su cargo el disponer del Imperio Romano, y que saliesen con ello. Pocos fuéron los agregados en la sabiduria del hecho; mas iban con varios artificios incitando y disponiendo

---

Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos divideret: quam velut publicam largitionem, Otho, secretioribus apud singulos praemiis, intendebat: adeo animosus corruptor, ut Cocceio Proculo speculatori de parte finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit: per socordiam praefecti, quem nota pariter, et occulta fallebant. Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit; a quo Barbium Proculum tesserarium speculatum, et Veturium optionem eorundem perductos, postquam vario sermone calidos, audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertentandos plurimum animos. Suscepere duo manipulares imperium pop. Roman. transferendum, et transtulerunt. In conscientiam facinoris pauci asclti:

los ánimos suspensos de los otros: á los soldados principales, con ponerles por delante las sospechas que se podian concebir contra ellos; por haber sido beneficiados de Ninfidio; y al vulgo y los demas, con el enojo y con la desesperacion del donativo, diferido tantas veces. No faltaba quien se moviese tambien por la memoria de Neron, y deseo de aquella vida licenciosa y disoluta; pero universalmente alcanzaba á todos el miedo de haber de mudar de milicia. Alcanzó esta peste tambien á los ánimos de los legionarios, y auxiliares, conmovidos ya desde que se divulgó la desobediencia del ejército de Germania. Y de tal suerte estaban preparados los malos á la sedicion, y los buenos á disimular, que á los trece de Enero estuvieron por arrebatár á Oton, saliendo de cenar, sino lo estorbára el miedo de los desórdenes que suele ocasionar la noche, y estar repartidos por la ciudad todos los soldados; de quien, por la man de la imposibilidad que habia para la union y conformidad necesaria, se podia fiar bien poco, como de gente en aquellas horas por la mayor parte tocada del vino. No lo dexáron por amor de la República, á la qual en ayunas y en todo su seso se aparejaban á manchar con la sangre de su inocente Príncipe, sino porque en aquella obscuridad los sol-

---

suspensos ceterorum animos, diversis artibus stimulant: primores militum, per beneficia Nymphidii, ut suspectos: vulgus et ceteros, ira et desperatione dilati totiens donativi: erant quos memoria Neronis, ac desiderium prioris licentiae accenderet: in commune omnes metu mutandae militiae terrebantur. Infecit ea tabes legionum quoque et auxiliorum mota iam mentes, postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem: adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, ut postero Iduum die, redeuntem a caena Othonem rapturi fuerint, nisi incerta noctis, et tota urbe sparsa militum castra, nec facilem inter temulentos consensum timuissent: non Reipublicae cura, quam foedere principis sui sanguine sobrii parabant, sed ne per tenebras, ut quisque Pannonici vel Germanici

dados del ejército de Panonia ó de Germania, entre los cuales habia muchos que no le conocian, no tomasen en vez de Oton, al primero que se les pudiese delante. Brotaban muchos indicios de la sedicion, que fueron apagados por los cómplices, y de muchos se burló Lacon, Prefecto, poco plático de los humores militares, enemigo de todo consejo, (aunque bueno) como no hubiese sido el autor, y obstinado contra los sábios y experimentados.

§. VI. A los quince de Enero, sacrificando Galba en el templo de Apolo, Umbricio, Sacerdote Aruspice, le predixo; (hallando á los interiores de la víctima de mal agüero) que habia traicion, y que el ladron era de casa; oyéndolo todo Oton, que asistia allí cerca á los sacrificios, é interpretándolo al contrario en su favor, y prosperidad de sus designios. No dilató mucho el liberto Onomasto en avisarle, de que le esperaba el arquitecto, y los que se habian encargado de la obra: que esta era la contraseña de que estaban juntos los soldados, y puesto á punto todo lo que convenia para executar la traicion. Y así, yéndose de allí Oton, respondió á los que le preguntaban la causa de su partida: que por ha-

exercitus militibus oblatu esset, ignorantibus, plerisque pro Othone destinaretur. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa; quaedam apud Galbae aures praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum, consiliique quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.

§. VI. XVIII. Kalend. Febr. sacrificanti pro aede Apollinis, Galbae, haruspex Umbricius tristia exta, et instantes insidias, ac domesticum hostem praedicit: audiente Othone (nam proximus adstiterat) idque, ut laetum e contrario, et suis cogitationibus prosperum interpretante. Nec multo post libertus Onomastus nuntiat, expectari eum ab architecto et redemptoribus: quae significatio coeuntium iam militum, et paratae coniurationis convenerat. Otho, causam digressus requirentibus, cum emi sibi praedia vetustate suspecta, eoque prius

ber comprado una heredad cuyos edificios amenazaban ruina por su antigüedad, iba con expertos á tratar de su remedio. Y así, arrimado á su liberto, por la casa Tiberiana al Velabro, y de allí al Miliario de oro, llegó debaxo del templo de Saturno, donde de veinte y tres soldados de la guardia fué saludado Emperador. Y así, medio perdido de ánimo, y temblando por el poco número con que se hallaba, puesto con prisa en una silla de manos, con las espadas desnudas, le arrebatan y caminan con él. Fuéronse juntando cosa de otros tantos soldados; algunos sabedores del hecho, otros llevados de aquella novedad; parte con espadas desnudas, y dando gritos; otros con silencio, esperando á tomar resolucion conforme al suceso. Hallábase de guardia aquel día en los alojamientos Julio Marcial, Tribuno, el qual, admitado de la grandeza de aquella súbita maldad, no pudiendo creer que los soldados conjurados dexasen de tener mucha parte en los alojamientos, con el miedo de perder la vida, si hacia resistencia, dió mucha ocasion de sospechar que tenia parte en la conjuracion. Los demas Tribunos y Centuriones antepusieron las cosas presentes á las dudosas, aunque honradas. Tal fué entónces la disposicion en que se hallaron los ánimos, que siendo pocos los que se atrevieron atentar tan gran maldad,

---

*exploranda finxisset, innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Miliarium aureum, sub aedem Saturni pergit. Ibi tres et viginti speculatores consalutatim imperatorem, ac paucitate salutantium trepidum, et sellae festinanter impositum, strictis mucronibus rapiunt. Totidem ferme milites in itinere aggregantur: alii conscientia, plerique miraculo: pars clamore, et gladiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi. Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine subditi sceleris, an corrupta latius castra, ac si contra tenderet, exitium metuens, praebuit, plerisque suspicionem conscientiae. Anteposuerunt ceteri quoque tribuni, centurionesque praesentia dubis et honestis. Isque habitus animum fuit, ut pessimum*

hubo muchos que se holgaron con ella, y al fin la sufrieron todos. Galba entre tanto, no aun avisado de lo que pasaba, atendia con sus sacrificios á importunar á los dioses, encomendándoles el Imperio que ya no era suyo, quando llegó nueva de que llevaban en peso á un Senador, y que se encaminaban con él á los alojamientos, sin declarar quién era, y poco despues se supo que era Oton. Luego fuéron viniendo de todas las partes de la ciudad por donde habia pasado, acrecentando unos la causa del temor, y diciendo otros mucho menos de la verdad; no olvidados hasta en aquella apretura de sus acostumbradas adulaciones. Consultando pues lo que era bien hacer en aquel caso, pareció que se debia tentar el ánimo de la cohorte que estaba de guardia en palacio; no con la persona de Galba, cuya suprema autoridad se reservaba para quando fuese menester usar de mayores remedios, sino con la de Pison; el qual, llamando á los soldados delante de las gradas de palacio, les habló así.

*Hoy ha seis dias, soldados y compañeros míos, que yo, no sabiendo lo que habia de suceder, ni si era de desear ó de temer este nombre, fui elegido Cesar: no sé con qué género de fortuna para nuestra Casa ó para la República, estando todo puesto en*

facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur. Ignarus interim Galba, et sacris intentus, fatigabat, alieni iam imperii deos: cum affertur rumor rapi in castra, incertum quem senatorem: mox Othonem esse qui raperetur: simul ex tota urbe, ut quisque obuius fuerat, alii formidinem augentes, quidam minora vero, ne tum quidem oblití adulationis. Igitur consultantibus placuit pertentari animum cohortis, quae in palatio stationem agebat: nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis servabatur. Piso pro gradibus domus vocatos, in hunc modum allocutus est:

*Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, et sive optandum hoc nomen, sive timendum erat, Caesar ascitus sum: quo domus nostrae, aut Reipublicae fato, in vestra manu positum est: non quia, meo*

vuestras manos. No porque yo, quanto á mi, tema ningun suceso, por infelice que sea; pues teniendo tan experimentada la adversidad, sé muy bien, que ni en la próspera fortuna faltan trabajos y peligros. De mi padre, del Senado, y del Imperio mismo me duelo, si acaso nos es necesario el morir, ó (lo que para los buenos no es de menos sentimiento) hacer morir á otros. Teníamos contento grande de ver que hubiesen pasado estos últimos movimientos sin derramar sangre de ciudadanos, y sin discordias; proveyendo con la adopcion, á que tampoco despues de la muerte de Galba hubiese ocasion de guerra. No quiero alabarme aquí de nobleza ni de mansedumbre, no siendo necesario acordarme de la virtud para competir con Oton, cuyos vicios (de que él solamente puede alabarse) tienen arruinado el Imperio desde que se vendía por amigo del Emperador. ¿Haránle digno de él por ventura aquel hábito, aquel andar, y aquellos ornamentos mugeriles? Engañanse por cierto los que dan nombre de liberalidad á los excesivos gastos, vicios y superfluidades; porque, á la verdad, él sabrá desperdiciar y echar á mal, pero no se infiere de aquí que sabrá dar. Ahora está revolviendo en su ánimo, y premeditando estupro, banquetes y juntas infames de mugeres; cosas que tiene establecidas por premio del Principado; de las quales, el gusto y

---

*nomine, tristio rem casum paveam, ut qui adversa expertus cum maxime, ducam, ne secunda quidem minus discriminis habere: patris, et senatus, et ipsius imperii vicem doleo, si nobis, aut perire hodie necesse est; aut, quod aequè apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam urbem et res sine discordia translatas. Provisum adoptione videbatur; ut ne post Galbam quidem bello locus esset. Nihil arrogabo mihi nobilitatis, aut modestiae: neque enim relatu virtutum in comparatione Ottonis opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, evertere imperium, etiam cum amico imperatoris ugeret. Habitum et incessu, an illo muliebri ornatu, mereretur imperium? Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc, et comissiones, et seminarum coetus, voluit animo: haec principatus praemia pu-*



los deleytes serán solamente suyos ; pero de la vergüenza y vituperio es sin duda que participareis todos : porque jamas gobernó alguno el Imperio con buenas artes , si lo ganó con maldad. Fué elegido Galba de consentimiento de todo el mundo , y yo por él con el vuestro llamado Cesar. Si la República , el Senado y el pueblo son nombres vanos á vosotros , ó Comilitones , toca ahora el considerarlo , y procurar que los peores no se usurpen la autoridad de elegir Emperador. Sabidose han otras veces movimientos y alborotos de legiones contra sus Cabexas ; mas vuestra fé y vuestra fama se ha conserbado sin mancha hasta el dia de hoy ; y el mismo Neron os desamparó á vosotros , que no vosotros á él. ¿ Estará por ventura en manos de treinta ó menos número de fugitivos y desamparadores de la milicia , á quien ninguno sufriria que se eligiesen un Centurion ó un Tribuno el disponer del Imperio ? ¿ Permitireis vosotros tan dañoso exemplo , ó hareis el delito comun con no ponerle remedio ? Pasará esta disolucion hasta las provincias , y á nosotros nos tocará el suceso de la maldad , pero á vosotros el trabajo de la guerra. No es mayor premio el que se da al malo por matar al Principe del que se concede al inocente que le conserva. Antes os prometo , que recibireis de nosotros mayores mercedes por conserbar vuestra debida fidelidad ,

---

*tat , quorum libido ac voluptas , penes ipsum sit ; robur ac dedecus , penes omnes. Nemo enim unquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani ; me Galba , consentientibus vobis , Caesarem dixit. Si Respublica et senatus , et populus , vana nomina sunt : vestra , commilitones , interest , ne imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio adversum duces suos audita est aliquando : vestra fides , fama que , illaesa ad hunc diem mansit : et Nero quoque vos destituit , non vos Neronem. Minus XXX. transfugae et desertores , quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret , imperium assignabunt ? Admittitis exemplum ? et quiescendo commune crimen facitis ? Transcendet haec licentia in provincias : et ad nos scelerum exitus , bellorum ad vos pertinebunt. Nec est plus , quod pro caede principis , quam quod innocentibus datur : sed proinde*

que de los otros por ayudarles á ejecutar su traición.

Habiéndose ya á estas razones desfilado los soldados de la guardia, el resto de la cohorte, no menos preclara la plica de Pisón, aunque (como sucede en las cosas turbadas y revueltas) llevados mas de la ira y furor, dado que se hallaban algunos en quien quedaban todavía enteros el consejo y la resolución, sacan fuera las banderas, y se ponen en armas; cosa que se creyó despues haberse hecho por engaño y disimulación. Ordenóse despues á Mario Celso, que fuese á los soldados que habían sido escogidos del ejército del Ilírico, alojados en el pórtico del Vipsanio. Mandóse á Amulio Sereno, y Domicio Sabino Primpilares, que llamasen á los soldados Germanos del patio del templo de la libertad. No se tenia por confidente la legion de la armada, ofendida por la muerte de muchos de ella, á quien hizo matar Galba á su entrada en Roma. Los Tribunos Cerio Severo, Subrio Dextro, y Pompeyo Longino fuéron al alojamiento de los Pretorianos, para ver si estando todavía en su principio la sedición podian doblarse aquellos soldados á mejor consejo; mas Subrio y Cerio fuéron detenidos con amenazas: á Longino,

---

*a nobis donativum ob fidem, quam ab aliis pro facinore accipietis.*

Dilapsis speculatoribus, cetera cohors non aspernata concionantem, ut turbidis rebus evenit, forte magis, et nonnullo adhuc consilio, parat signa, quod postea creditum est, insidiis et simulatione. Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentes. Praeceptum Amulio Sereno, et Domicio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e libertatis atrio arccsserent. Legioni classicae diffidebatur, infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. Pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cerius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc, et necdum adulta seditio, melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium et Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coercent, exarantque: quia non ordine militiae,

porque no era de aquella milicia, sino amigo de Galba, fiel á su Príncipe, y por esto sospechoso á los alterados, pusieron las manos en él, y lo desarmaron. Juntóse al punto la legión de la armada con los Pretorianos. Los escogidos Ilíricos, vueltas las puntas de los dardos contra Celso, le hacen volver mas que de paso. Las banderas de Germanos estuvieron irresolutas y suspensas por gran rato, no habiendo vuelto hasta entónces á cobrar sus fuerzas corporales, y hallándose con los ánimos sosegados; porque habiéndolos enviado delante Nerón á Alexandria, vueltos de allá enfermos, y quebrantados de la larga navegación, Galba los hacia curar y regalar con mucho cuidado. Ya estaba lleno el palacio de gente popular, mezclados con ella los esclavos, que con voces desconcertadas pedian la muerte de Oton, y el destierro perpetuo de los conjurados, como si en el circo ó en el teatro pidieran alguna forma de juego ó representacion. No se puede de esta suerte de gente esperar juicio ni verdad, pues que en el mismo dia y con el mismo ardor no dudaron de hacer instancia por lo contrario; procediendo todo de la antigua y heredada costumbre de adular á qualquier Príncipe, con la libertad y licencia de voces confusas, aclamaciones, y con otras vanas muestras de aficion.

---

sed e Galbae amicis, fidus principi suo, et desciscentibus suspectior erat. Legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur. Illyrici exercitus electi Celsum ingestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus, placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos, atque inde rursus longa navigatione aegros, impensiore cura Galba refovebat. Universa iam plebs palatium implebat, mixtis servitiis, et dissono clamore, caedem Othonis, et coniuratorum exitium poscentium, ut si in circo ac theatro ludicrum aliquod postularent: neque illis iudicium, aut veritas: (quippe eodem die diversa pari certamine postulaturis): sed tradito more, quemcumque principem adulandi, licentia acclamationum, et studiis inanibus.

Estaba Galba mientras esto pasaba suspenso entre dos resoluciones. El parecer de Tito Vinio era, "que debía estar en casa, armar los esclavos contra los enemigos, cerrar y fortificar las puertas y entradas de palacio, y en lugar de ir en busca de aquellos ánimos airados, dar tiempo de arrepentirse á los ruines, y de juntarse y conformarse á los buenos. Las maldades, decia él, toman fuerza del ímpetu; los buenos consejos de la dilacion. Y finalmente que quando pareciese que convenia salir, estaba siempre en su mano el hacerlo; mas el volver quando se arrepintiese de haber salido, pendia de voluntad ajena." A todos los demas parecia mejor el apresurar la salida, antes que se hiciese mayor la conjuracion; que todavia era de pocos, y que tambien Oton temblaria; el qual partiéndose á escondidas, y llevado á gente no advertida, con la pereza y el tiempo de quien en vano le estaba perdiendo, se enseñaba á hacer el personage de Emperador: que no era bien esperar á que, acomodadas sus cosas en los alojamientos, ocupase con sus soldados la plaza del foro, y á vista de Galba pasase al Capitolio, mientras el generoso Emperador con sus valientes amigos, cerrada apenas la puerta de su casa, aguardaba en ella el cerco. Bravo socorro,

---

Interim Galbam duae sententiae distinebant; Titus Vinus "mandandum intra domum, opponenda servitia, firmandos aditus, non eundem ad iratos censebat: daret malorum poenitentiae; daret bonorum consensui spatium: scelera impetu; bona consilia mora valescere. Denique eundi ultro si ratio sit, eandem mox facultatem: regressus, si poeniteat, in aliena potestate." Festinandum ceteris videbatur, antequam cresceret invalida adhuc coniuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc, et segnitia terentium tempus, imitari principem discat. Non exspectandum, ut compositis castris, forum invadat, et prospectante Galba Capitolium adeat: dum egregius imperator, cum fortibus amicis, ianua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum tole-

décian, es el que se puede esperar de los esclavos, especialmente si la union de su muchedumbre, ó (lo que mas importa) el primer ímpetu se resfria: Las cosas vergonzosas son igualmente poco seguras; tal, que quando nos sea el morir lance forzoso, lo es tambien el ir en busca del peligro. Con esto haciendo á Oton mas aborrecible, ganaremos nosotros mayor gloria.

Contradiendo pues Vinio á este parecer, Laco le acometió con grandes amenazas, incitándole Icelo; el qual, sin cuidado alguno del peligro público, conservaba contra Vinio una pertinaz y particular enemistad. Y así sin mas dilacion, arrimándose Galba al consejo aparentemente mas honrado, envió delante á Pison á los alojamientos, como persona de gran nombre, de reciente favor para con los soldados, y poco amigo de Tito Vinio; ó porque era así verdad, ó porque se persuadian á ello los que aborrecian á Vinio; y mas facilmente puede creerse por parte del aborrecimiento.

Apenas había partido Pison, quando pasó voz incierta y vana al principio, que Oton había sido muerto en los alojamientos; y (como sucede en las mentiras grandes) afirmaban muchos haberlo visto, y aun haber intervenido en ello; acre-

raturus. Et praeclarum in servis auxilium, si consensus tantae multitudinis, et quae plurimum valet, prima indignatio languescat. Proinde intuta, quae indecora, vel si cadere necesse sit, occurrendum discrimini. Id Othoni invidiosius, et ipsis honestum.

Repugnantem huic sententiae Vinium, Laco minaciter inuasit, stimulante Icelo, privati odii pertinacia, in publicum exitium. Nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit. Praemissus tamen in castra Piso, ut iuvenis magno nomine, recenti favore, et infensus T. Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant: et facilius de odio creditur.

Vix dum egresso Pisone, ocisum in castris Othonem, vagus primum, et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse

ditándose la fama entre los que se holgaban con ella, y entre los que no se curaban de inquirir la verdad. Muchos tenían á esta voz por artificio de los Otonianos, que andaban mezclados ya con los demas; los cuales, deseosos de sacar en descampado á Galba, sembraban falsamente estas buenas nuevas. Entónces, no solamente el pueblo y el vulgo ignorante, con aplauso grande y regocijo extraordinario, mas muchos caballeros y Senadores, arrojado el temor, y rotas las puertas de palacio, corrían dentro desconsideradamente para hacerse ver de Galba, quejándose de que otros les hubiesen quitado la ocasión de emplearse en su venganza; pintándose valiente y lleno de atrevimiento cada cobarde, y los que quando fué menester no le tuvieron para mirar al rostro al enemigo, no cesaban de mostrarse feroces y atrevidos con las palabras y con la lengua. Ninguno lo sabia, y todos lo afirmaban; de manera, que Galba, por falta de quien le dixese la verdad, y obligado del consentimiento de tantos que estaban en este error, se puso la coraza: y no pudiendo, por la vejez y debilidad del cuerpo, sostenerse en aquel tropel y concurso grande de gente, fué llevado en una silla. Al salir de palacio encontró á Julio Atico, uno de los de su guardia, que

---

*se quidam, et vidisse affirmabant, credula fama inter gaudentes et incuriosos. Multi arbitrabantur compositum, auctumque rumorem, mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam, laeta falso vulgaverint. Tum vero non populus tantum, et imperita plebs in plausus et immodica studia, sed equitum, plerique ac senatorum, posito metu incauti, refractis palatii foribus ruere intus, ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes. Ignavissimus quisque, et ut res docuit, in periculo non ausurus; nimii verbis, linguae feroces: nemo scire, et omnes affirmare: donec inopia veri, et consensu errantium victus, sumpto thorace Galba, irruenti turbae, neque aetate, neque corpore sistens, sella levaretur. Obvius in palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Otho-*

gritaba, mostrando la espada sangrienta, haber él muerto á Oton. Entónces Galba, mirándole con enojo, le respondió: ¡oh compañero! y ¿quién te lo ha mandado? Varon verdaderamente entero, y señalado en reprimir la licencia militar, y no menos sin miedo contra las amenazas, que incorrupto contra las lisonjas.

Mas en los alojamientos no habia ya quien estuviese dudoso ni suspenso; antes creció de suerte el ardor en los soldados, que no contentos con guardar á Oton en el concurso de aquella muchedumbre y con sus propios cuerpos, poniéndolo en el trono donde poco antes habia estado la estatua de oro de Galba, le rodean con las banderas: y no solo no daban lugar á los Tribunos y Centuriones para que pudiesen llegar á él, pero hasta los soldados ordinarios se atrevian á detener á sus propios Prefectos. Resonaba todo en torno de gritos, de estruendo, y de exhortaciones, que se hacian unos á otros; no como entre la hez del vulgo con voces disonantes y adulaciones viles, mas segun iban viendo comparecer los soldados, los tomaban por las manos, los abrazaban con las armas; y acercándolos á Oton, enseñaban la forma del juramento, encomendando, ora los soldados al Emperador ora el Emperador á los soldados.

*nem exclamavit: et Galba, Commilito, inquit, quis iussit? insigni animo ad coercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.*

*Haud dubiae iam in castris omnium mentes: tantusque ardor, ut non contenti agmine et corporibus, in suggestu, in quo paullo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri insuper praepositos iubebat. Strepere cuncta clamoribus, et tumultu, et exhortatione mutua non tanquam in populo ac plebe, variis signi adulatione vocibus, sed ut quemque affluentium militum aspexerant, prehensare manibus, complecti armis, collocare iuxta, praeire sacramentum, modo imperatorem militibus, modo imperatori milites commendare.*

No faltaba por su parte Oton dando las manos, adorando al vulgo, ofreciendo besos, y no perdonando á toda accion servil á trueque de mandar. Y visto que toda la legion de la armada le habia prestado el juramento, confiado ya de sus fuerzas, y pareciéndole, que así como hasta allí habla encendido los ánimos de cada uno en particular, seria muy á propósito animar en general á todos, puesto delante la estacada de los alojamientos, comenzó así:

*No sé si sabria declarar, o Comilitones, la calidad en que me presento ahora delante de vosotros; porque no sufro el ser llamado hombre particular, siendo aclamado por vosotros Emperador, ni puedo llamarme Príncipe, mientras baya otro que mande. Será tambien incierto vuestro nombre, mientras se esté en duda si teneis en vuestros cuarteles al Emperador, ó á un enemigo del pueblo Romano. ¿No veis cómo se pide á un mismo tiempo mi pena y vuestro castigo? Tan claro está como esto, que no podemos perecer ni salvarnos sino juntos. Y quizá (tal es la liviandad de Galba) lo habia ya prometido, como quando sin instancia ni persuasion alguna hizo morir á tantos millares de inocentísimos ciudadanos. Causame notable espanto y horror el acordarme de aque-*

*Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula, et omnia serviliter pro dominatione. Postquam universa classieorum legio sacramentum eius accepit, fidens viribus, et quos adhuc singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita coepit:*

*Quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum: quia nec privatum me vocare sustineo, princeps a vobis nominatus, nec principem, alie imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur imperatorem populi Romani in castris, an hostem habeatis. Auditisne, ut poena mea, et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est, neque petere nos, neque salvos esse, nisi una, posse. Et cuius lenitatis est Galba, tam forsasse promisit: ut qui nullo exposcente, tot millia innocen-  
tissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit: quotiens recorder*



lla su entrada fiera y cruel, (única victoria de Galba) quando á los ojos de esta ciudad hizo diezmar á los que ya se le habian rendido, y él recibido los humildes debaxo de su palabra. Entrado en Roma despues con estos auspicios, ¿qué otra gloria truxo al Principado, que haber muerto á Obultronio Sabino, y Cornelio Marcelo en España, á Betuo Chilon en la Galia, á Fonteyo Capiton en Germania, á Clodio Macro en Africa, á Cingonio en el camino, á Turpiliano en Roma, y á Ninfidio en los alojamientos? ¿Qué provincia hay, ó qué ejército, que no esté corriendo sangre y contaminado; ó, como él se alaba, enmendado y corregido? Porque á todas aquellas cosas á quien los demas llaman maldades, llama él provechosos remedios, miéntras falsificando los nombres, se le da de justo rigor á la crueldad, de templanza á la avaricia, y de disciplina á vuestros castigos, afrentas y destrozos. No ha mas de siete meses que acabó Neron, y vale mas lo que ha robado Icelo solo, que quanto grangeáron y juntáron, sin otros muchos, los Policletos, los Vatinios, y los Elios. Con menor insolencia y avaricia hubiera salteado Tito Vinio, si fuera él el Emperador; porque hasta ahora nos ha tenido sujetos como suyos, y tratadonos como si fuéramos agenos. Sola su casa que veis

---

*feralem introitum, et hanc solam Galbae victoriam, cum in oculis urbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum atulit; nisi occisi Obultronii Sabini, et Cornelii Marcellii in Hispania, Betui Chilonis in Gallia, Fontei Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidii in castris? Quae usquam provincia, quae castra sunt, nisi cruenta et maculata? aut, ut ipse praedicat, emendata et correcta? Nam quae alii scelera, hic remedia vocat: dum falsis nominibus, severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia; supplicia et contumelias vestras, disciplinam appellat. Septem a Neronis fine menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti, et Vatinii, et Elii, paraverunt. Minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinus, si ipse imperasset: nunc, et subiectos nos habuit tanquam suos; et viles ut alienos.*

allí, bastarla al donativo nunca dado, y tantas veces zaberido. Y porque no nos quedase siquiera alguna esperanza en el sucesor, ha traído del destierro á uno de humor melancólico y avaro como él. Bien vísteis, compañeros míos, como basta los mismos dioses por medio de aquella notable tempestad, se mostráron contrarios á su infelice adopcion. Del mismo ánimo están el Senado y el pueblo Romano. Solo se espera el efecto de vuestra valor, en el qual consiste la fuerza de todo honesto consejo y acertada resolucion; y sin cuya asistencia, qualquier otra ayuda por señalada que sea, es flaca y de poca estima. Yo no os llamo ahora á guerra ni á peligro: todas las fuerzas militares están en vuestra poder. Ni aquella cohorte togada defiende ahora á Galba, que antes nos le entretiene. Quando os verá á vosotros, quando recibirá mi contrasena, solo habrá contienda sobre quién hará mas cosas por mi servicio. La dilacion en suma no tiene lugar en los consejos que no pueden loarse sino despues de executados.

Hecha tras esto abrir la casa de armas, al punto las ar-

*Una illa domus sufficit donativo, quod vobis nunquam datur, et quotidie exprobratur. Ac ne qua saltem in successore Galbae spes esset, arcessit ab exsilio, quem tristitia et avaritia sui simillimum iudicabat. Vidistis, commilitones, notabili tempestate, etiam deos infaustam adoptionem adversantes. Idem senatus, idem populi Romani animus est. Vestra virtus expectatur. Apud quos omne honestis consiliis robur, et sine quibus, quamvis egregia, invalida sunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiscum sunt. Nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet. Cum vos aspexerit, cum signum meum acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum.*

Aperire deinde armamentarium iussit: rapta statim arma, sine

I La cohorte que estaba con Galba era una de las que rondaban la ciudad: y estas no traían otras armas, que espaldas y tardos; y por eso la llaman togada; porque todos los de ella vestían hábitos largos como los demas de la ciudad.

rebatan y visten de ellas, sin guardar orden ni costumbre militar, para con las insignias de cada uno diferenciar al Pretoriano del Legionario, dándose tambien confusamente á los auxiliares las celadas y los escudos. No habia necesidad de que los Tribunos ni Centuriones los exhortasen: cada uno se servia á sí mismo de instigador y Capitan; y era eficacísima espuela para los malos: el ver la tristeza y desconsuelo que no podian disimular los buenos.

§. VII. Ya Pison amedrentado de los bramidos de la creciente sedicion, (cuyos ecos resonaban hasta dentro en Roma) habia vuelto á encontrar á Galba, salido ya de palacio, y cercano á la plaza. Era ya vuelto Mario Celso con ruines nuevas, quando querian algunos que se volviese á palacio, otros que se fuese al Capitolio, muchos que se ocupasen los Rostros, <sup>1</sup> no sabiendo los mas sino contradecir al parecer ageno; y como sucede en los consejos desdichados, pareciendo siempre el mejor, el que no habia ya tiempo de executarse. Dixose, que Lacon, sin que Galba lo supiese, pensó en matar á Tito Vinio; ó porque entendió que con su castigo se aplacaría el ánimo de los soldados, ó creyendo que era

---

more et ordine militiae, ut praetorianus, aut legionarius insignibus suis distingueretur. Miscentur auxiliaribus, galeis, scutisque. Nullo tribunorum, centurionumve adhortante, sibi quisque dux, et instigator: et praecipuum pessimorum incitamentum, quod boni moerebant.

VII. Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis, et vocibus in urbem usque resonantibus, egressum interim Galbam, et foro appropinquantem assecutus erat: iam Marius Celsus, haud laeta retulerat: cum alii in palatium redire, alii Capitolium petere, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contradicerent; utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitasse Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, sive, ut poena eius animos militum mulceret, seu

<sup>1</sup> Rostros, el puesto donde se solian hacer los parlamentos al pueblo

cómplice con Oton en su levantamiento, ó finalmente por el aborrecimiento que le tenia. Túvole suspenso el tiempo y el lugar, siendo difícil el templarse, metiendo una vez mano á las armas; turbando tambien este designio las malas nuevas que iban llegando, y el ver que le desamparaban sus amigos, y se resfriaba por momentos el ardor de los que antes con tanta voluntad habian hecho ostentacion de valor y de fé.

Iba entre tanto Galba fluctuando de acá y de acullá, llevado de las olas de la gente, viéndose por todo llenas de ella los palacios y templos de la plaza, con deseo de ver el fin de aquel espectáculo miserable. No habia hombre del pueblo ó de la plebe que hablase palabra; todos con el rostro atónico, con los oídos atentos, ni ruido ni inquietud, sino una forma de silencio, qual le suele causar un profundo temor, ó un enojo gravísimo.

Avisado con todo eso Oton de que el pueblo se armaba, manda á los suyos que caminen aprisa, y procuren prevenir los peligros. Con esto los soldados Romanos, como si fueran á echar del antiguo trono de los Arsacidas á Vologeso, ó á

conscium Othonis credebát, ad postremum vel odio: hæsitacionem atulit tempus ac locus, quia initio caedis orto, difficilis modus: et turbavere consilium trepidi nuntii, ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.

Agebatur tunc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulsu: compleris undique basilicis ac templis, lugubri prospectu: neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti vultus, et conversæ ad omnia aures: non tumultus, non quies: quale magni metus, et magnæ iræ silentium est.

Otoni tamen armari plebem muntiabatur. Ire præcipites, et occupare pericula iubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen, aut Pacorum, aut Arsacidarum solio depulsuri, ac non imperatorem

Pacoro, y no á matar á su propio Emperador viejo y desarmado, desbaratada la turba, atropellado el Senado, feroces y terribles con sus armas, á espuela batida los caballos, entran furiosamente por la plaza: donde ni la vista del Capitolio, ni la religion de los templos allí vecinos, ni el respeto de los Príncipes pasados y venideros, pudieron detenerlos de aquella maldad exécrable, de la qual era lance forzoso tomar venganza qualquiera que sucediese en el Imperio. El Alferez de la cohorte que iba con Galba, (Atilio Vergilion dicen que era) vistas de lejos las tropas armadas, arrancada del asta la imagen de Galba, y dando con ella en el suelo, dió tambien ocasion á los soldados para que manifestamente se declarasen por Oton. El pueblo huye y desampara la plaza, y al punto vuelven todas las armas contra los que dudaban en retirarse. Finalmente Galba, junto al Lago Curtio, medrosos los que le llevaban, fué echado de la fila y atropellado. De sus últimas palabras se habló variamente, conforme al aborrecimiento ó amor que le tenian. Algunos dicen que con voz humilde dixo, ¿qué mal he yo merecido? pidiendo pocos dias de término para pagar el donativo.

Pero los mas afirman, que ofreció prontamente el cuello,

---

suum inermem et senem trucidare pergerent, disiecta plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt: nec illos Capitolii aspectus, et imminentium templorum religio, et priores et futuri principes terruere, quo minus facerent scelus, cuius ultor est quisquis successit. Viso cominus armatorum agmine, vexillarius comitatae Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) dereptam Galbae imaginem solo affixit. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga populi forum, dstricta adversus dubitantes tela. Iuxta Curtii lacum, trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. Extremam eius vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii suppliciter interrogasse, quid mali meruisset? paucos dies exsolvendo donativo deprecatum.

Plures obtulisse ultro percussoribus iugulum, agerent ac ferirent,

diciendo: que hiriesen en él, si así les parecía conveniente para el bien de la República. Lo cierto es, que no hicieron caso los matadores de cosa que dixese. No está averiguado del todo quien le mató, aunque quieren algunos que fué Terencio Evocato, otros que Lecanio; mas la voz comun lo atribuye á Camurio, soldado de la legion quince, que le degolló con la espada. Los otros, por hallarle el cuerpo armado, vergonzosamente le despedazaron los brazos y las piernas; añadiendo tambien por rabia y fiereza ó por mayor crueldad muchas heridas al cuerpo hecho ya piezas. Acometieron despues á Tito Vinio, del qual no se sabe tampoco si el Improviso miedo le ató la lengua: con todo eso, dixo á grandes voces, que no mandaba Oton que le matasen: lo qual, ó lo fingió así por temor de la muerte, ó realmente confesó la verdad, por ser cómplice de la conjuracion. Pero creyóse, respecto á su vida y fama, que no fué despues menos consabedor de la traicion, que antes habia sido la causa de ella. Cayó pues junto al templo del Divo Jullo, herido primero en la rodilla, y pasado despues del un costado al otro por Julio Caro, soldado legionario. Vió nuestra edad aquel dia un hombre ver-

---

si ita e Republica videretur: non interfuit occidentium quid diceret. De percussore non satis constat: quidam Terentium Evocatum, alii Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium XV. legionis militem, impresso gladio, iugulum eius hausisse. Ceteri crura, brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere: pleraque vulnera, feritate et saevitia trunco iam corpori adiecta. Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit, non esse ab Othone mandatum, ut occideretur. Quod seu finxit formidine; seu conscientia coniurationis confessus est: huc potius eius vita, famaue inclinat, ut conscius sceleris fuerit, cuius caussa erat: ante aedem divi Iulii iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Julio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus. Insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. Centu-

daderamente generoso en Sempronio Denso, Centurion de una cohorte Pretoria; el qual, añadido por orden de Galba á los que cuidaban de la guardia de Pison, acometiendo á los armados con el estoque, y vituperándoles su maldad, ya con las manos, ya con las voces llamando á sí todo el ímpetu y furor militar, hizo plaza, para que por entónces se escapase Pison, aunque herido: el qual, llegado al templo de Vesta, acogido allí por compasion de un esclavo público, y escondido en su pobre albergue, no iba difiriendo su cercana muerte con el respeto del lugar ó zelo de la religion, sino solo en virtud de aquel escondrijo, quando sobreviniéron nombrados para ello de Oton (como quien estaba sediento de su sangre) Sulpicio Floro, de las cohortes Inglesas, hecho poco antes por Galba ciudadano Romano, y Estacio Murco, de la guardia del Príncipe; por los cuales, sacado Pison á las puertas del templo, fué en ellas mismas muerto cruelísimamente. Dícese, que Oton no oyó con mayor alegría la nueva de otra muerte alguna, ni miró y remiró otra cabeza con mas ahinco ni con mas insaciables ojos: y esto, ó porque hasta entónces no se acabó de asegurar de toda sospecha para comenzar á engolfarse en la alegría, ó porque la memoria de la Magestad en

---

rio is praetoriae cohortis a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis, et scelus exprobrans, ac modo manu, modo voce, vertendo in se percussores, quamquam vulnato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, exceptusque misericordia publici servi, et contubernio eius abditus, non religione, nec caerimoniis, sed latebra imminens exitium differbat: cum advenere, missu Othonis, nominatim in caedem eius ardentis, Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Staius Murcus speculator: a quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur. Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur: seu tum primum levata omni sollicitudine mens, vacare gaudio coeperat: seu recordatio ma-

Galba, y de la amistad en Tito Vinio hubiesen tenido aquel ánimo, aunque cruel, confuso en aquella imaginacion; teniendo por justo y por lícito el alegrarse con la muerte del enemigo y del émulo. Las cabezas hincadas en as lanzas se llevaban entre las banderas de las cohortes, delante del águila de la legion, haciendo á porfia ostentacion de sus manos ensangrentadas los que los matáron, y los que intervinieron á las muertes; ó falsa, ó verdaderamente se alababan de ello, como de una noble y memorable hazaña. Y así halló Vitelio despues mas de ciento y veinte memoriales de personas que pedian merced por hechos notables de aquel dia; los quales, hechos buscar por él, fuéron todos muertos, no en honra de Galba, mas por costumbre heredada de otros Principes, los quales suelen encaminar su propia seguridad con vengar las injurias hechas á sus antecesores.

Parecia realmente que eran ya otros aquel Senado y aquel pueblo: corren todos á los alojamientos, adelantándose unos á otros, y compitiendo en ser los primeros en vituperar á Galba, loar el juicio de los soldados, besar las manos á Oton; y quanto mas fingidas eran las demostraciones, tanto mas las

*iestatis in Galba; amicitiae in T. Vinio quamvis immitem animum imagine tristi confuderat: Pisonis, ut inimici et aemuli, caede laetari, ius, fasque credebat. Praefixa contis capita gestabantur, inter signa cohortium iuxta aquilam legionis, certatim ostendantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui falso, ut pulchrum, et memorabile facinus iactabant. Plures, quam CXX. libellos praemia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea invenit: omnesque conquiri et interfici iussit: non honore Galbae, sed tradito principibus more, munimentum ad praesens, in posterum ultionem.*

Alium crederes senatum, alium populum: ruere cuncti in castra, anteire proximos, certare cum praecurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exosculari Othonis manum: quantoque magis falsa erant: quae fiebant: tanto plura facere. Nec aspernabatur



iban multiplicando. Agasajaba y recibia á todos Oton, templando con la voz y con el rostro el ánimo atrevido y amenazador de los soldados; los quáles, aborreciendo (como si fueran vicios y defectos) la industria y la inocencia de Mario Celso, electo Consul, y fidelísimo á Galba hasta lo último, pidieron con gran instancia su muerte, comenzándose con esto á traslucir que se buscaban ocasiones de homicidios, de rapiñas, y de destruir á los mejores de la ciudad. No tenia Oton autoridad aun de prohibir las maldades: el ordenarlas todavia le era permitido. Y así, fingiendo gran enojo contra Celso, y dando muestras de quererle castigar mas severamente; haciéndole prender, le libró de la muerte violenta que se le aparejaba. Hizose todo despues á gusto de los soldados, eligiéndose ellos mismos por Prefectos del Pretorio á Plocio Firmo, que habia sido soldado ordinario, y era entónces Prefecto de las guardias de noche; el qual, aun viviendo Galba, siguió la faccion Otoniana; y añadiéndole á Licinio Proculo; por el intrínseco trato y familiaridad con Oton, tenido en cuenta de uno de los que mas le ayudaron á poner en execucion sus intentos. Hiciéron Prefecto de Roma á Flavio Sabino, siguiendo en esto el juicio de Neron, en cuyo tiem-

---

*singulos Otho, avidum et minacem militum animum, voce, vultuque temperans. Marium Celsum consulem designatum, et Galbae usque in extremas res amicum, fidumque, ad supplicium exostulabant; industriae eius, innocentiaeque quasi malis artibus infensi. Caedis, et praedarum initium, et optimo cuique perniciem quaeri apparebat: sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus, iubere iam poterat. Ita simulatione irae, vinciri iussum, et maiores poenas daturum affirmans, praesenti exitio subtraxit. Omnia deinde arbitrio militum acta. Praetorii praefectos sibi ipsi legere: Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum, et incolumi adhuc Galbae partes Othoni secutum: adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis, suspectus consilia eius fovisse. Urbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo ean-*

po habla administrado el mismo cargo : teniendo muchos respeto en él á su hermano Vespasiano. Pidieron los soldados tambien , que se quitasen los donativos que solian dar á los Centuriones , á título de que los hiciesen exentos de los trabajos y faenas personales ; porque de muchos de ellos los cobraban , como si fueran annuos tributos ; bspecial de los soldados ordinarios. Ibanse del campo muchos en virtud de estos donativos , parte en esquadras enteras , parte con licencias limitadas , cruzando caminos , y otros se estaban ociosos en los propios alojamientos , sufriendoseles todo otro trabajo y vil ganancia , á trueque de ser pagado el Centurion ; comprando los soldados el ocio hasta con ladronicios , rapiñas y oficios serviles. Con esto los soldados mas ricos eran trabajados mas cruelmente hasta que compraban las vacaciones : y así consumidos de los gastos , sepultados miserablemente en la ociosidad , hechos de ricos pobres , y de valientes cobardes , volvian de nuevo á sus manipulos : y quando los unos hoy , y los otros mañana se acababan de perder en la licencia y en la pobreza , pasaban con facilidad á las sediciones , á las discordias , y finalmente á las guerras civiles. Mas Oton , por no enagenarse los ánimos de los Centuriones , usando en daño suyo de li-

---

dem curam obtinuerat : plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. Flagitatum , ut vacationes praestari centurionibus solitae remitterentur. Namque gregarius miles , ut tributum annuum pendebat. Quarta pars manipuli sparsa per commeatus ; aut in ipsis castris vaga , dum mercedem centurioni exsolveret : neque modum oneris quisquam , neque genus quaestus pensi habebat : per latrocinia et raptus , aut servilibus ministeriis , militare otium redimebant. Tum locupletissimus quisque miles , labore ac saevitia fatigari , donec vacationem emeret : ubi sumptibus exhaustus , socordia insuper elanguerat , inops pro locuplete , et iners pro strenuo , in manipulum redibat : ac rursus alius , atque alius eadem egestate ac licentia corrupti , ad seditiones et discordias , et ad extremum , bella civilia ruebant. Sed Otho , ne

beralidad con el vulgo de los soldados, prometió que les mandaría pagar de allí adelante las vacaciones cada año de los cofres Imperiales; cosa sin duda provechosísima, y que como tal la observaron también con perpetua disciplina los buenos Príncipes. Laco, Prefecto del Pretorio, dando muestras de que le llevaban desterrado á una isla, fué muerto por Evocato, á quien Oton habia enviado delante con orden de quitarle la vida. Marciano Icelo, como liberto que era, fué justiciado en público. Habiéndose pues gastado todo este dia en maldades, la última de todas fué el contento y regocijo. El Pretor Urbano junta el Senado; compiten todos los demas Magistrados en apercibir adulaciones; corren con gran prisa los Senadores; dáse por decreto á Oton la potestad Tribunicia, el nombre de Augusto, con todas las otras honras acostumbradas á darse á los demas Emperadores, procurando cada qual borrar las injurias y vituperios que se le dixeron en aquella confusion; de las quales, por la brevedad de su Imperio, no se pudo saber si las guardaba en su ánimo para castigarlas á su tiempo, ó si se le pasaron de la memoria. Oton, estando todavia la plaza corriendo sangre, fué llevado al Capitolio por medio de los montones de cuerpos muertos, y de allí á palacio, donde dió licencia para que los muer-

---

vulgi largitione, centurionum animos averteret, fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit: rem, haud dubie utilem, et a bonis postea principibus, perpetuitate disciplinae firmatam. Laco praefectus tanquam in insulam seponeretur, ab Evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus. In Marcianum Icelum, ut in libertinum, palam animadversum. Exacta per scelera die, novissimum malorum fuit laetitia. Vocat senatum praetor urbanus: certant adulationibus ceteri magistratus. Accurrunt patres: decernitur Othoni tribunicia potestas, et nomen Augusti, et omnes principum honores, an nitentibus cunctis abolere convicia, ac probra, quae promiscue iacta haesisse animo eius nemo sensit: omisisset offensas, an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit. Otho cruento adhuc foro per strages iacentium, in Capitolium, atque inde in palatium vectus, conce-

nos se quemasen. El cuerpo de Pison fué sepultado por su muger Verania y su hermano Escribonio, y el de Tito Vinio por su hija Crispina, despues de haber rescatado sus cabezas, guardadas para este efecto por los matadores. Era Pison de algo mas de treinta años, hombre de harto mejor fama que fortuna. A Magno, uno de sus hermanos, hizo morir Claudio, y Neron á Craso. El habiendo vivido largo tiempo desterrado, fué por esto preferido á su hermano mayor en aquella apresurada adopcion que le hizo Cesar por quatro dias, para que muriese primero. Vivió Tito Vinio cincuenta y siete años con diversidad de costumbres. Su padre fué de familia Pretoria; su abuelo materno uno de los encartados. Pasó con mal nombre su primer milicia debaxo de Calvisio Sabino, Legado, cuya muger, viniéndole un deseo desordenado de ver el sitio de los alojamientos, entrando de noche en hábito de soldado, despues de haber querido con la misma disolucion y licencia visitar las centinelas é informarse de los demas officios militares; en el lugar sagrado de los Principios se atrevió á cometer adulterio: é inculpado de este delito Tito Vinio,

---

di corpora sepulturae, cremarique permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, T. Vinium, Crispina filia composuere, quaesitis, redemptisque capitibus, quae venalia interfectores servaverant. Piso unum et tricesimum aetatis annum explebat, fama meliore, quam fortuna. Fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant. Ipse diu exsul, quatrinduo Caesar, properata adoptione ad hoc tantum maiori fratri praelatus est, ut prior occideretur. T. Vinium LVII. annos varis moribus egit. Pater illi e praetoria familia, materna avus e proscriptis. Prima militia infamis, Legatum Calvisium Sabinum habuerat: cuius uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis principiis stuprum ausa: et criminis huius reus T. Vinium arguebatur. Igitur iussu C. Caesaris one-

1 Principio, lugar santo en los alojamientos.

por orden de Cesar fué puesto en hierros, de donde, por la mudanza de los tiempos, salió libre, y despues alcanzó los honores sin alguna dificultad. Tuvo tras el oficio de Pretor el cargo de una legion, y gobernóla bien. Fué infamado tras esto de un delito servil, de haber hurtado un vaso de oro comiendo á la mesa del Emperador Claudio; el qual, sabido el caso, en castigo y vergüenza del hecho, mando que solo Vinio fuese servido el dia siguiente con vasos de barro. Gobernó con todo eso en su Proconsulado severa y sinceramente la Galia Narbonense: llevado despues por medio de la amistad de Galba al estado peligroso, se mosttó hombre atrevido, astuto y pronto; y segun como se disponia al bien ó al mal, era bueno ó malo con la misma fuerza. Su testamento, por la grandeza de sus riquezas, no tuvo lugar, así como la pobreza de Pison fué causa de que le tuviese el suyo. El cuerpo de Galba, desamparado mucho tiempo, y por la libertad de la noche ultrajado en varias maneras, fué sepultado sencillamente y sin alguna pompa en un huerto de Argio, su dispensero, y uno de sus mas queridos esclavos. La cabeza desfigurada, y hecha piezas por la canalla de los mozos y for-

---

ratus catenis; mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso, legioni post praeturam praepositus; probatusque: servile deinceps probro respersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus: et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe, integreque rexit: mox Galbae amicitia in abruptum tractus, audax, calidus, promptus, et prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Testamentum T. Vinii magnitudine opum irritum. Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit. Galbae corpus diu neglectum, et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, dispensator Argius, e prioribus servis, humili sepultura in privatis eius hortis contextit. Caput per lixas, calonesque suffixum, laceratumque ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die

rajeros de los soldados, se halló el día siguiente espertada en un palo delante del sepulcro de Patrobio: (uno de los libertos de Nerón, á quien castigó Galba) se puso con el cuerpo que ya estaba quemado. Este fin tuvo Sergio Galba á los setenta y tres años de su edad, despues de haber pasado con próspera fortuna debaxo del gobierno de cinco Príncipes; mas dichoso en el Imperio de otros, que en el suyo, de antiguo y noble linage, de grandes riquezas; de medianó ingenio, y antes sin vicios, que virtuoso. No fué menospreciador de su fama, ni tampoco la procuró conservar con ostentacion. No deseó hacienda agena, puesto que fué parco de la suya y de la pública avaro. A sus amigos y libertos sufrió (quando acertaban á ser hombres de bien) todo lo que se podia sin merecer reprehension: y quando sucedia que eran malos, vivia con tanto descuido de sus acciones, que llegaba á hacerse participante de sus culpas: mas la nobleza y esplendor de su nacimiento, y el miedo de los tiempos que corrian diéron causa á que se llamase sabiduria, lo que era en él tibieza y falta de espíritu. En la flor de su edad ganó en Germania loor de valeroso soldado. Siendo Proconsul gobernó á Africa modestamente; y ya mas viejo, con igual justicia la España Citerior; pareciendo, ó siendo siempre mas que hombre particular

---

repertum, et cremato iam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus et septuaginta annis, quinque principes prospera fortuna emensus, et alieno imperio felicior, quam suo. Vetus in familia nobilitas, magnae opes: ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. Famae nec incuriosus, nec venditator. Pecuniae alienae non appetens, suae parcus, publicae avarus. Amicorum, libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, et metus temporum obtentui, ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Dum vigebat aetas, militari laude apud Germanias floruit. Proconsule Africam moderate: iam senior, citeriorem Hispaniam pari

mientras lo fué; y (por consentimiento de todos) digno del Imperio, sino hubiera sido Emperador.

Espantada Roma, no menos de la atrocidad de la reciente maldad, que del temor de las viejas costumbres de Oton, fué á mas de esto afligida con las últimas nuevas que se tuvieron de Vitelio, encubiertas antes de la muerte de Galba, y publicada solamente la alteracion del ejército de la Germania superior. Y así, no solo el Senado y los caballeros que tenían alguna parte ó cuidado de la República, mas tambien el vulgo á la descubierta se entristecía de ver elegidos fatalmente, como para la destruccion del Imperio, dos de los mas perversos hombres de la tierra en todo género de vicio, deshonestidad y vileza de ánimo. No se habla ya mas de los nuevos exemplos de la paz cruel, sino repitiendo la memoria de las guerras civiles de Roma, tantas veces tomada por sus propios ejércitos; de Italia destruída, de las provincias saqueadas, de Farsalia, de los Campos Filípicos, de Perosa y de Modena, nombres bien conocidos por los estragos y calamidades públicas. "Trastornóse el mundo, decían, aun quando se peleaba por el Principado entre buenos, quedando en pie el

*iustitia continuit : maior privato visus dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.*

*Trepidam urbem, ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem, novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicitia, ignavia, luxuria, deterrimos, velut ad perdendum imperium fataliter electos, non senatus modo, et eques, quis aliqua pars, et cura Reipublicae, sed vulgus quoque palam maerere. Nec iam recentia saevae pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria: captam toties suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam, Philippos, et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladum nomina, loquebantur. "Prope eversum orbem, etiam cum de principatu inter bonos certaretur: sed man-*

Imperio con las victorias de Cayo Julio; y de Cesar Augusto, como la República lo quedara si vencieran Pompeyo y Bruto: Será bien ahora recurrir á los templos en honra de Oton, ó de Vitelio, ó ruegos impios, ó abominables votos, por dos de cuya guerra no se puede juzgar otra cosa con certidumbre, sino que al fin será el peor, aquel que quedare con la victoria." Habia quien iba profetizando de Vespasiano, y de las armas de Oriente. Y así como Vespasiano se preferia á entrambos á dos, así también aborrecian guerras nuevas y nuevos estragos: y mas siendo dudosa hasta entónces la fama de Vespasiano, pudiéndose con verdad decir, que el solo entre los demas Príncipes antes de él, fué quien mejoró de costumbres con el Imperio. Contaré ahora los principios y las causas de los movimientos de Vitelio.

§. VII. Despues de muerto y desbaratado Julio Vindice, el ejército soberbio por la presa y por la gloria militar, enriquecido sin peligro, y sin trabajo en aquella victoria, amaba mas la inquietud del marehar, que la ociosidad y los premios tras ordinarios, que el sueldo limitado: habiendo sufrido largo tiempo una milicia sin provecho, áspera y trabajosa

sisse C. Julio, mansisse Caesare Augusto victore, imperium; mansuram fuisse, sub Pompeio, Brutoque Rempublicam. Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? Utrasque implas preces, utraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset." Erant qui Vespasianum, et arma Orientis augurarentur: et, ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud, atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama: solusque omnium ante se principum, in melius mutatus est. Nunc initia caussaque motus Vitelliani expeditiam.

§. VII. Caeso cum omnibus copiis Julio Vindice, ferox praeda, gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo, ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem et aciem, praemia quam stipendia mallebat: diuque infructuosam et asperam militiam toleraverat, ingenio



por la naturaleza de la tierra, calidad del cielo, y severidad de disciplina; la qual, así como observada con rigor en tiempo de paz, así tambien se corrómpe facilmente en las discordias civiles; no faltando de todas partes incitadores, ni el mal exemplo de ver quedar impunida la traicion. Habia sobra de gente, de armas y de caballos; no solo para el uso, sino tambien para pompa y atavio. Antes de la guerra no conocian otra cosa que sus propias Centurias, y sus estandartes los de á caballo; dividiéndose los exércitos con los confines, y límites de las provincias. Mas unidas despues las legiones contra Vindice, hecha experiencia de las fuerzas de las Galias y conocidas las suyas, comenzáron de nuevo á buscar ocasiones de armas, y de nuevas discordias, no llamándolos mas, como antes, confederados y compañeros, sino enemigos y gente sojuzgada. No cesaba aquella parte de la Galia vecina á las riberas del Rin, que habia seguido la misma faccion de instigar apretadamente contra los Galbianos: (que así se hacian llamar, enfadados del nombre de Vindice) así pues, enemistándose con los Sequanos y con los Eduos,<sup>1</sup> y de mano en mano con las ciudades mas ricas, se prometian expugnaciones de tierras, talas

---

loci, caelique, et severitate disciplinae; quam in pace inexorabilem discordiae civium resolvunt, paratis utrinque corruptoribus, et perfidia impunita. Viri, arma, equi, ad usum, et ad decus supererant. Sed ante bellum, centurias tantum suas, turmasque doverant: exercitus finibus provinciarum discerniebantur: tum adversus Vindicem contractae legiones, seque, et Gallias expertae quærere rursus arma, novasque discordias: nec socios, ut olim, sed hostes et victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus Galbianos: hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis, AEduisque, ac deinde prout opulentia civitatibus erat, infensi, expugnaciones ur-

1. De Sens y Borgoña.

de campos, sacas de casas; porque, á mas de su insolencia y avaricia (defectos principales de los mas poderosos) eran irritados tambien de la arrogancia de los Galos; los quales, habiendo sido descargados por Galba de la quarta parte del tributo, y gratificados en público, se alababan de ello como de cosa hecha en afrenta del ejército. Añadióse la voz esparcida astutamente y desconsideradamente creida: que las legiones se habian de diezmar, y reformar los mejores Centuriones. De todas partes venian ruines nuevas, y de Roma máximas. La colonia de Leon, de mal ánimo contra Galba, y obstinadamente amiga de Neron, estaba siempre llena de vanas novedades. Mas en ningun lugar habia mayor ocasion de inventar y crear cosas extravagantes, que en el mismo ejército: por el ódio, por el temor (y consideradas sus fuerzas) por la seguridad.

Entrado Aulo Vitelio en la Germania inferior, hacía el principio de Diciembre del año antes, habia con mucha diligencia visitado las guarniciones de las legiones, restituyendo en ellas á muchos con los cargos, la reputacion aliviando la ignominia de algunas penas, y haciendo entre muchas cosas

bium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo: super avaritiam et arrogantiam praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem, et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. Accessit callide vulgatum, temere creditum, decumari legiones, et promptissimum quemque centurionum dimitti: undique atroces nuntii, sinistra ex urbe fama, infensa Lugdunensis colonia, et pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum, credendumque materies in ipsis castris, odio, metu, et ubi vires suas respexerant, securitate.

Sub ipsas superioris anni Kalend. Decembr. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat: redditus, plerisque ordines, remissa ignominia, allevatae notae: plura ambitione, quaedam iudicio: in quibus sortem et

con ambición, algunas con juicio. Una de ellas fué, remediar con entereza la infamia y avaricia de Fonteyo Capiton, acerca del dar, ó quitar cargos militares, en que parecia que se usurpaba mas autoridad de la que de ordinario suelen tener los Legados Cónsulares. Era por los hombres graves tenida por humildad y baxeza de ánimo en Vitelio, aquella que los que le favorecian, llamaban bondad y agradable trato: porque sin medida ni juicio daba lo que era suyo, y hacia largamente merced de lo ageno. Con todo eso, la codicia de mandar daba ocasion á que sus vicios fuesen tenidos por virtudes. En el uno y en el otro ejército, así como habia muchos de modesta y quieta naturaleza, asimismo habia tambien de extraños y atrevidos: pero los mas llenos de deseos desordenados y de señalada temeridad, eran los Legados de las legiones Alieno Cecina, y Fabio Valente. Este, poco amigo de Galba; por no haber sido gratificado quando descubrió la causa por qué temporizaba Virginio, y oprimió los designios de Capiton, comenzó á incitar á Vitelio, mostrándole la inclinacion de los soldados, y diciéndole, que la fama de su nombre era grande por todas partes; que seria seguido sin dificultad de Ordeonio Flaco; de las fuerzas de Inglaterra; de

---

avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis, assignandisve militiae ordinibus, integre mutaverat. Nec consularis legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. Et Vitellius apud severos humilis. Ita comitatem, bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio, donaret sua, largiretur aliena: simul aviditate imperandi, ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in utroque exercitu sicut modesti, quietique, ita mali et strenui: sed profusa cupidine, et insigni temeritate legati legionum, Alienus Caecina, et Fabius Valens: e quibus Valens infensus Galbae, tanquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingratis tulisset, instigare Vitellium ardorem militum ostentans. Ipsum celebri ubique fama: nullam in Flacco Hordeonio moram: affore Britanniam: secutura Ger-

las ayudas de Germania, y de las otras provincias poco fieles á aquel viejo: el qual conservaba por via de ruegos el Imperio, que presto habia de transferirse en otro, solo con que abriese los brazos á la fortuna que venia en su busca: que Virginio, nacido de familia equestre, y de padre no conocido, tuvo causa de rehusar el Imperio, siéndole tan desigual el aceptarle, quanto seguro el no admitirle: donde á él la censura y los otros tres Consulados de su padre, el haber tenido en el suyo por compañero á Cesar, ponian muy de atras en su cabeza la dignidad Imperial, quitándolo á la vida y seguridad privada.

Era conmovido por estas cosas el ánimo vil de Vitelio, antes á desearlas, que á pretenderlas. Mas en la Germania superior, Cecina, hombre de hermosa juventud, de estatura grande, de ánimo desmedido, presto de lengua, y de andar soberbio, habia sabido grangear el favor de aquellos soldados.

Este, hallándose Questor en la provincia Bética, <sup>1</sup> fué de Galba (por haberse pasado prontamente á su bando) hecho cabeza de una legion. Despues, porque se supo que habia puesto la mano en el dinero público, mandó que fuese lla-

*manorum auxilia: male fidas provincias: precarium seni imperium, et brevi transiturum: panderet modo sinum, et venienti fortunae occurreret. Merito dubitasse Verginium, equestri familia, ignoto patre: imparem si recepisset imperium, tutum si recusasset. Vitello tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris, et imponere iampridem imperatoris dignationem, et auferre privati securitatem.*

*Quaebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret. At in superiore Germania, Caecina, decora iuventa, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat.*

*Hunc iuvenem Galba, quaestorem in Baetica, impigre in partes suas transgressum legioni praeposuit: mox compertum, publicam*

<sup>1</sup> Bética, Andalucia.

mado á dar cuentas. Sintió esto con extremo Cecina, y determinó de revolver el juego, para cubrir con el mal pública sus defectos particulares. No faltaban semillas de discordia en el ejército, habiéndose hallado todo él en la guerra contra Vindice, sin haber venido á la obediencia de Galba hasta despues de la muerte de Neron: prevenido tambien en él dar el juramento por la caballeria de Germania inferior. Fuera de esto, los Treveros y los Lingones, <sup>1</sup> con todas las demas ciudades que habian sido maltratadas de Galba, ó con edictos atroces, ó con daño de confines, freqüentaban mucho los presidios de las legiones, de que nacia sediciosas pláticas, haciéndose los soldados (con el comercio de los de la tierra) cada dia mas insolentes, y con el favor para con la persona de Virgino, que habia de aprovechar despues á qualquier otro sino á él. Habia la ciudad de los Lingones (segun la costumbre antigua) enviado á las legiones el dón de las manos diestras en señal de amor y buen hospedage. Los Embaxadores de los quales, mostrándose abatidos y tristes en los principios y por las camaradas, se dolian ora de las injurias recibidas, ora de los premios dados á otras ciudades sus ve-

---

*pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari iussit. Caecina aegre passus, miscere cuncta, et privata vulnera, Reipublicae malis opperire statuit. Nec deerant in exercitu semina discordiae: quod et bello adversus Vindicem universus affuerat; nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam, atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. Et Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum proprius miscentur. Unde seditiosa colloquia, et inter paganos corruptior miles, et in Verginium favor cuicumque alii profuturus. Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dextras hospitii insigne. Legati eorum in squalorem, moestitiamque compositi per principia, per contubernia, modo suas iniurias, modo civitatum vicinarum praemia, et ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius*

x Lingones, de Langrea.

cinas ; y donde hallaban mejor dispuestos los ánimos militares, mostraban sentir tambien los trabajos y penalidades del mismo ejército , encendiendo aquellos ánimos. No estaban las cosas muy apartadas de sedicion , quando Ordeonio Flaco hizo saber á los Embaxadores , que se volviesen á sus casas : y porque su partida fuese oculta , los hizo sacar de noche de los alojamientos. Nació de aquí una voz y queja terrible de que habian sido muertos , y que si no prevenian á sus mismas cosas los soldados mas animosos , y que se habian mostrado mas mal satisfechos del estado presente , serian tambien hechos morir en aquellas tinieblas sin sabiduria de los demas. Hacen secretamente liga entre sí las legiones , agregándose tambien los auxiliarios , aunque hasta allí los habian tenido por sospechosos , persuadiéndose á que habian pensado en cogerlos en medio , y acometerlos por todas partes con las cohortes y con toda la gente de á caballo : mas no tardaron mucho en salir de aquel engaño , mostrando por la experiencia cuánto mas fáciles son los ruines en concertarse entre sí para hacer la guerra , que para gozar la paz. Con todo eso las legiones de la Germania inferior fueron forzadas el primer dia de Enero á prestar el juramento solemne en favor de Galba : mas muy ti-

---

*exercitus pericula et contumelias conquerentes , accendebat animos. Nec procul seditione aberat , cum Hordeonius Flaccus abire legatos , utque occultior digressus esset , nocte castris excedere iubet. Inde atrox rumor , affirmantibus , plerisque interfectos ; ac nisi ipsi consulerent , fore ut acerrimi militum , et praesentia conquesti , per tenebras et inscientiam ceterorum occiderentur : obstringuntur inter se tacito foedere legiones. Adciscitur auxillorum miles , primo suspectus , tanquam circumdatis cohortibus , alisque , impetus in legiones pararetur : mox eadem acrius volens : faciliore inter malos consensu ad bellum , quam in pace ad concordiam. Inferioris tamen Germaniae legiones solemní Kalend. Iannariarum sacramento pro Galba adactae , multa cuncta-*

biamente , oyéndose de las primeras hileras algunas pocas voces favorables , callando los otros , y aguardando cada qual el atrevimiento de su compañero , como es naturaleza de los hombres , el seguir con gran prontitud lo que temen de comenzar. Mas tambien entre las mismas legiones habia diversidad de voluntades. Los de la primera y quinta estaban alterados de manera , que algunos de ellos apedrearon las estatuas de Galba : la quincena y la diez y seis , no llegaron á mas que á voces y amenazas , esperando á ver el que rompía primero.

Mas en el ejército superior las legiones quarta y veinte y dos que alojaban juntas , en el mismo dia de primero de Enero despedazaron las estatuas de Galba ; la quarta mas atrevidamente , la veinte y dos con un poco de espacio. Despues entrambas de acuerdo , porque no pareciese que se querian despojar del todo de la reverencia del Imperio , dixéron que prestaban el juramento al Senado y al pueblo Romano , ( nombres olvidados ya , y envejecidos ) no moviéndose por Galba ninguno de los Legados ni Tribunos. Y puesto que algunos , como en tumulto , se mostraron con notable alteracion y alboroto , ninguno con todo eso se atrevió á hacer

---

*tione , et raris primorum ordinum vocibus : ceteri silentio , proximi cuiusque audaciam exspectantes : insita mortalibus natura propere sequi , quae piget inchoare. Sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum : primani , quintanique turbidi adeo , ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint : quintadecima ac sextadecima legiones , nihil ultra fremitum et minas ausae , initium erumpendi circumspectabant.*

*At in superiori exercitu , quarta ac duodevicesima legiones , iisdem hibernis tendentes , ipso Kalend. Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae : quarta legio promptius , duodevicesima cunctanter , mox consensu. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur , S. P. Q. R. obliterata iam nomina , sacramento advocabant : nullo legatorum , tribunorumve pro Galba nitente , quibusdam , ut in tumultu , notabilius*

parlamento, ni á subir al tribunal donde se solian recitar; faltando cabeza, como faltaba todavia, á quien poder imputar la rebelion.

Estaba Ordeonio Flaco, Legado Consular, como esperando á ver en lo que paraba maldad semejante; no atreviéndose á refrenar á los declarados, ni á tener en fé á los dudosos, ni aun exhortar á los constantes; amedrentado, vil é inocente por baxeza de ánimo. Quatro Centuriones de la legion veinte y dos; es á saber, Nonio Recepto, Donacio Valente, Romilio Marcelo, y Calpurnio Repentino, queriendo defender las imágenes de Galba, fuéron impetuosamente presos y atados por los soldados. No habla ya quien tuviese cuenta con fé ni memoria de juramento: mas (como sucede en los motines) á donde estaban los mas, allí estaban todos. La noche siguiente al dia de las Kalendas de Enero el Aquilifero de la legion quarta llevó la nueva á Vitelio, á quien halló cenando en la colonia Agripina, y le avisó de que las legiones quarta y veinte y dos, derribadas por tierra las imágenes de Galba, habian jurado fidelidad al Senado y pueblo Romano. Entónces Vitelio juzgando por de ningun valor á

---

turbantibus. Non tamen quisquam in modum concionis, aut suggestu locutus: neque enim erat adhuc cui imputaretur.

Spectator flagitii Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus: sed segnis, pavidus, et socordia innocens. Quatuor centuriones duodevicesimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam ultra fides, aut memoria prioris sacramenti: sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte, quae Kalend. Ianuarias secuta est, in coloniam Agrippinensem Aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam et duodevicesimam legiones, proiectis Galbae imaginibus, in senatum et popul. Rom. verba iurasse.



este juramento, se resolvió en ocupar la plaza que le ofrecía la fortuna, y representárseles por Príncipe. Con esto, despacha al punto á las legiones y á los Legados, advirtiéndoles, de que el ejército superior se habia ya rebelado á Galba; y dexando á su eleccion el ver si era mejor ir á pelear con ellos como con rebeldes, ó (amando la quietud y la paz) hacer otro Emperador, poniendo en consideracion con cuánto menos peligro se podia elegir el Príncipe, que irle á buscar. Estaba cercana la guarnicion de la legion primera con Fabio Valente, prontísimo entre todos los Legados. Este el dia siguiente, entrado en Colonia con la caballeria de la legion y de los auxiliarios, saludó con ellos á Vitelio por Emperador. Siguiéron á porfia todas las otras legiones de la misma provincia: y el ejército superior, dexando los nombres aparentes de Senado, y pueblo Romano, á los once de Enero se arrimó á Vitelio, conociéndose muy bien, que en los dos dias de antes no habia estado á devocion de la República. Los ciudadanos de Colonia, Treves y Langres imitaban el ardor de los ejércitos, ofreciendo ayuda de caballos, armas y dineros, segun que cada qual podia servir, ó con persona,

---

Id sacramentum inane visum: occupari nutantem fortunam, et offerri principem placuit. Missi a Vitellio ad legiones, legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nunciarent: proinde, aut bellandum adversus desciscentes, aut si concordia et pax placeat, faciendum imperatorem: et minore discrimine sumi principem, quam quaeri. Proxima legionis primae hiberna erant, et promptissimus e legatis Fabius Valens. Is die postero coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis, auxiliariorumque ingressus, *imperatorem Vitellium* consulavit. Secutae ingenti certamine eiusdem provinciae legiones: et superior exercitus, speciosis senatus, populiue Romani nominibus relictis, IIII. Nonas Ianuarias Vitellio accessit: scires illum priore biduo non penes Rempublicam fuisse. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treveri, Lingones aequabant, auxilia, equos, arma, pecunias offerentes, ut quisque corpore, opibus, ingenio validus. Nec prin-

ó con hacienda, ó con industria. Y no solamente los principales de las Colonias y del ejército, que podían dar sin sentir falta, y alcanzada la victoria, esperar mucho, pero las compañías y soldados ordinarios contribuían en lugar de dinero la propia comida, los talabartes de las espadas, los ornamentos y guarniciones de las armas tachonados de plata; y esto por una afición precipitada y por avaricia; pareciéndoles que lo habían de volver á cobrar todo con gran interés y lucidos aprovechamientos. Y así, alabada por Vitelio la prontitud de los soldados, distribuyó los oficios del Principado, que antes solían darse á libertos, entre caballeros Romanos. Pagó á los Centuriones las vacaciones del dinero del fisco: dió muchas veces muestras de aprobar la crueldad de los soldados en los castigos pedidos por ellos, y con igual disimulación libraba á los inocentes, con pretexto de tenerlos presos con mayor seguridad; Pompeyo Propinquo, Procurador de la Belgia, fué luego muerto. Y á Julio Burdon Capitan de la armada Germánica, salvó con astucia. Estaba el ejército enojado grandemente con él, por haber primero acusado y después vendido á Fonteio Capiton, cuya memoria era muy grata á los soldados, pudiéndose con estos insolentes matar los

---

cipes modo coloniarum aut castrorum, quibus praesentia ex affluentibus, et parta victoria magnae spes: sed manipuli quoque, et gregarius miles viatica sua, et balteos, phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae tradebant: instinctu, et impetu et avaritia. Igitur laudata militum alacritate Vitellius, ministeria principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disponit. Vacationes centurionibus ex fisco numerat: saevitiam militum, plerosque ad poenam exposcentium saepius approbat, partim simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus. Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum astu subtrahit. Exarsit in eum iracundia exercitus, tanquam crimen, ac mox insidias, Fonteio Capitonis struxisset: grata erat memoria Capitonis: et apud

hombres á la descubierta , mas no salvarlos sino con engaño. Y así , preso entónces Burdon , fué , despues de alcanzada la victoria y amortiguado el aborrecimiento , puesto en libertad.

Entre tanto , le traen delante á Vitelio , como por víctima con que purgar el yerro pasado al Centurion Crispino , aquel que ensució sus manos en la sangre de Capiton , mas conocido á esta causa por quien pedia su muerte , y menos estimado por quien le castigó. Julio Civil despues , en honra del favor y autoridad que tenia entre los Batavos , fué librado del peligro , porque aquella gente feroz no se alterase con su muerte : y mas hallándose en la ciudad de los Lingones ocho cohortes de Batavos , que era la gente de socorro de la legion catorce ; de la qual se habian apartado , por las discordias de aquellos tiempos , siendo de gran momento el tenerlas en favor ó contra , conforme á donde se arrimasen. Nonio , Donacio , Romulio , y Calpurnio , Centuriones , de quien se trató arriba , fuéron hechos morir , condenados por delito de fidelidad , gravísimo entre los que faltaban de fé. Arrimáronse á la parcialidad Valerio Asiatico , Legado de la provincia

*saevientes occidere palam , ignoscere non nisi fallendo licebat. Ita in custodia habitus : et post victoriam demum , stratis iam militum odiis , dimissus est.*

*Interim ut piaculum obiicitur centurio Crispinus , qui se sanguine Capitonis cruentaverat : eoque , et postulantibus manifestior , et punienti vilior fuit. Iulius deinde Civilis periculo exemptus , praepotens inter Batavos , ne supplicio eius ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum VIII. Batavorum cohortes , quartaedecimae legionis auxilia , tum discordia temporum a legione digressae : prout inclinassent , grande momentum , sociae aut adversae. Nonium , Donatium , Romilium , Calpurnium , centuriones , de quibus supra retulimus , occidi iussit , damnatos fidei crimine gravissimo inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus , Belgicae provinciae lega-*

Bélgica, á quien Vitelio tomó despues por yerno, y Julio Bleso, Gobernador de la Galia Lugdunense, con la legion llamada Italica, y la banda de caballos de Turin, que estaban alojados en Leon. No tardaron en juntarse á los demas las gentes que militaban en la Retia; haticiendo lo mismo los soldados de Inglaterra, de quien era cabeza Trebelio Máximo, despreciado por su avaricia, luxurias y robos, y aborrecido del ejército, á cuya mala voluntad fomentaba Rocio Celio, Legado de la legion veinte, ya de antes poco amigos entre sí, y despues con ocasion de las guerras civiles, enemigos declarados. Trebelio culpaba á Celio de hombre sedicioso, y de haber puesto en confusion las órdenes de la disciplina militar; y Celio á Trebelio de haber robado y empobrecido á las legiones: y con estas feas diferencias de los Legados, vino el ejército á tanta discordia, y á perder de manera la obediencia á Trebelio, que, ultrajado y menospreciado tambien de los auxiliares, y arrimándose á Celio las cohortes y toda la gente de á caballo, hubo finalmente de acogerse á Vitelio. Quedó con esto la provincia quieta, aunque sin Legado Consular, gobernándose por los dos Legados de las legiones, iguales en-

---

tus, quem mox Vitellius generum ascivit: et Iunius Blaesus Lugdunensis, Galliae rector, cum Italica legione et ala Taurina, Lugduntendentibus. Nec in Rhaeticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur. Ne in Britannia quidem dubitatum. Praerat Trebellius Maximus, per avaritiam ac sordes contemptus exercitui, invisusque. Accendebat odium eius Roscius Coelius, legatus vicesimae legionis, olim discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperat. Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Coelio; spoliatas et inopes legiones Caelius Trebellio obiectabat: cum interim foedis legatorum certaminibus, modestia exercitus corrupta, eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus, et aggregantibus se Caelio cohortibus, alisque, desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit: quies provinciae, quamquam remoto consulari

tre sí de autoridad, aunque, por su atrevimiento, mas poderoso Celio.

§. IX. Con la llegada del ejército Inglés, aumentado Vitelio de fuerzas y de riquezas, nombró para la guerra dos Capitanes, y escogió dos caminos. A Fabio Valente se envió por la Galia, ordenándole que procurase ganar la voluntad de aquellos pueblos; y que si se mostraban contumaces, saqueándolos y destruyéndolos primero, entrase despues por los Alpes Cotianos <sup>1</sup> impetuosamente en Italia. Cecina tuvo orden de seguir el camino mas corto, y baxar por el paso mas cercano al Apenino. <sup>2</sup> A Valente se dió la gente escogida del ejército inferior, con el águila de la legión quinta, y las cohortes y caballos auxiliares; que todos juntos llegaban al número de quarenta mil hombres armados. Llevaba Cecina treinta mil de la Germania superior, cuyo nervio eran las dos legiones primera y veinte y una, y á entrambos se añadieron los socorros de Germania, de los cuales tambien Vitelio reforzó sus tropas, como quien habia de seguir tras ellos con la fuerza de la guerra. Era maravillosa la diferencia que habia entre el ejército y el Emperador. Solicitaban los solda-

*mansit : rexere legati legionum , pares iure , Caelius audendo potentior.*

§. IX. Adiuncto Britannico exercitu, ingens viribus, opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, et Cottianis Alpibus Italiam irrumperere; Caecina proprio transitu. Peninis iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum Aquila quintae legionis, et cohortibus, alisque ad XL. millia armatorum data: XXX. millia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio, una, prima et vicesima fuit; addita utriusque Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota molle belli secuturus. Mira inter exercitum, im-

1 Hoy Montsenis. 2 Hoy San Cotardo.

§. VI. Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis , nulla ultro penes Vitellianos mora , quin totis viribus certarent. Otho consultavit , trahi bellum , an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paullinus , dignum fama sua ratus , qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur , de toto genere belli censere ; “ festinationem hostibus , moram ipsis utilem , disseruit : exercitum Vitellii universum advenisse : nec multum virum a tergo ; quoniam Galliae tumeant ; et deserere Rheni ripam , irrupturis tam infestis nationibus , non conducatur : Britannicum militem hoste et mari distineri : Hispanias armis non ita redundare : provinciam Narbonensem incursu classis , et adverso praelio contremuisse : clausam Alpibus , et nullo maris subsidio , Transpadanam Italiam , atque ipso transitu exercitus vastam : non frumentum usquam exercitui : nec exercitum sine copiis retineri posse. Iam Germanos , quod genus militum apud hostes atrocissimum sit , tracto

que el enemigo traía, gente de complexión sanguínea, alargándose la guerra hasta el verano, sufrirían mal las mutaciones del sol y destemplanza del ciclo: que muchas guerras peligrosas en el primer ímpetu, se habían desvanecido alargándolas y comtemporizando: que, en contrario, tenían ellos todo el país abundante y fiel, la Panonia, la Misia, la Dalmacia, y el Oriente con ejércitos enteros; Italia y Roma cabeza del Imperio; el Senado y el pueblo, nombres no del todo oscuros, aunque tal vez sombríos; las riquezas públicas y particulares, cantidad grande de oro, de mas fortaleza que el hierro en las guerras civiles: que tenían la soldadesca acostumbrada á los ayres y calores de Italia: que les servía de reparo el Pó, y las ciudades fuertes de hombres y de murallas; ninguna de las cuales cedería al enemigo, como se había experimentado en la defensa de Plasencia: que se alargase la guerra; pues habiendo de llegar en breves días la legion catorce, de tanta fama con las gentes de Misia, se podía consultar entónces de nuevo, y resolviéndose el pelear, hacerlo con mayores fuerzas.”

Arrimabase al parecer de Paulino Mario Celso; y los

---

*in aestatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli, caelique, haud toleraturos. Multa bella impetu valida, per taedia, et moras evanuisse. Contra ipsi omnia opulenta et fida: Pannoniam, Moesiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus; Italiam, et caput rerum urbem; senatumque et populum, numquam obscura nomina etsi aliquando obumbrentur; publicas, privatasque opes, et immensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum, aut Italiae sueta, aut aestibus. Obiacere flumen Padum, tutas viris, murisque urbes, e quibus nullam hosti cessuram, Placentiae defensione exploratum. Proinde duceret bellum: paucis diebus quartamdecimam legionem, magna ipsam fama, cum Moesiaticis copiis affore: tum rursus deliberaturum, et si praelium placuisset, auctis viribus certaturos.”*

Accedebat sententiae Paullini Marius Celso: idem placere Annio



que se enviaron á tomar el voto de Anio Galo, (que estaba enfermo de una caída de caballo) referian parecerle lo mismo. Mas inclinando Oton á la batalla, su hermano Ticiano, y Proculo, Prefecto del Pretorio, solicitaban como poco pláticos, afirmando que la fortuna, los dioses, y la divina felicidad de Oton, así como favorecían sus buenos consejos, así favorecían también el suceso de las cosas; pasando á vanas adulaciones, para que nadie se atreviese á decir lo contrario. Resuelto pues el pelear, se trató, si era mejor que el Emperador se hallase personalmente en la batalla, ó que se estuviese en lugar seguro. Los mismos autores del peor consejo (no contradiciendo Paulino ni Celso, por no parecer que querían aventurar la persona del Príncipe) le forzaron á retirarse á Briselo, <sup>1</sup> donde, quitado del riesgo de la pelea, se guardase para la suma de las cosas del Imperio. Fué este el primer día que affigió la facción Otomana: porque partiendo con él una valerosa banda de las cohortes Pretorias, de sus guardias y caballos, comenzaron á perder el ánimo los que quedaban; y mas, teniendo á los Ca-

---

Gallo, paucos ante dies lapsu equi afflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur, retulerant. Otho pronus ad decertandum: frater eius Ticianus, et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos, et numen Othonis adesse consiliis, affore conatibus testabantur: neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. Postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem, an seponi melius foret, dubitavere. Paullino et Celso iam non adversantibus; ne principem obiectare periculis viderentur; iisdem illi deterioris consilii auctores perpulere, ut Brixellum concederet, ac dubiis praeliorum exemptus, summae rerum, et imperii se ipsum reservaret. Is primus dies Othonianas partes affixit: namque, et cum ipso praetoriarum cohortium, et speculatorum, equitumque valida manus discessit; et remanentium fractus animus: quando suspecti du-

<sup>1</sup> Oton en Briselo: conserva hoy este nombre, y es una ciudad de las buenas del Ducado de Ferrara.

pitanes por sospechosos: y Oton (en quien solo confiaban los soldados, por saber que no creía sino á ellos) había dexado á las cabezas en duda de lo que habian de hacer. Eran notorias estas cosas á los Vitelianos, habiendo (como sucede en las guerras civiles) mucha gente, que de ordinario se pasaba del uno al otro campo; y las espías, por poder saber y preguntar mucho de las cosas ajenas, no dudaban de publicar las propias.

Estaban firmes y atentos á la ocasion Cecina y Valente, viendo que el enemigo se encaminaba neciamente á su perdicion, esperando, y considerando mucho (que es especie de prudencia) en los ajenos yerros; habiendo en tanto comenzado un puente, fingiendo querer pasar el Pó contra los gladiadores que estaban de la otra parte. Y porque los soldados no estuviesen ociosos, hicieron llevar barcas el rio arriba; y juntadas despues de dos en dos en igual distancia, las trabáron entre sí con muy fuertes vigas, echando cantidad de áncoras, para tener el puente con mayor firmeza: advirtiendo en dexar floxas las gumenas, para que creciendo el rio, pudiesen levantarse igualmente las barcas al peso del agua, sin desordenarse. Cerrabase el puente con una torre, levantada so-

ces; et Otho, cui uní apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello transfugiis: et exploratores cura diversa sciscitandi, sua non occultabant.

Quieti, intentique Caecina, ac Valens, quando hostis imprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padí simulantes, adversus oppositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. Naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus connexae, adversum in flumen dirigebantur, iactis super anchoris, quae firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum fines non extenti fluitabant, ut augescente flumine, inoffensus ordo navium attolleretur. Claudebat pon-

bre las últimas barcas, para desde ella con ingenios y máquinas desviar al enemigo. Habian tambien los Otonianos fabricado en su orilla otra torre, desde la qual tiraban piedras y fuego.

Levantabase en medio del rio una isla, donde los gladiadores tentaban de atrincherarse con sus barcas; mas los Germanos los prevenian á nado, y habiendo acaso pasado muchos, cargadas por Macro sus Liburnicas de los mas atrevidos gladiadores, los acometió. Mas no siendo esta gente tan asegurada y diestra en las peleas como los soldados, no podian desde los bateles en continuo movimiento encaminar tambien los golpes como los que los herian á pie firme desde la orilla, comenzando los remeros y los defensores con varios meneos de los medrosos á embarazarse entre sí. Los Germanos, arrojándose al agua, y asidos á las popas de los baxeles enemigos, procuraban trepar por ellos, saltar en cruxia, y echarlos á fondo: lo que sucediendo á vista de ambos exércitos, causaba efectos diferentes de gusto y de tristeza, maldiciendo los Otonianos la causa y el autor de aquel daño. Finalmente, desasidos los baxeles que quedaban, con su huida se acabó la refriega.

*tem imposita turris, et in extremam navem educta: unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant, saxaque et faces iaculabantur.*

*Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando praelabebantur. Ac forte plures transgressos, completis Liburnicis, per promptissimos gladiatorum Macer aggredditur. Sed neque ea constantia gladiatoribus ad praelia, quae militibus; nec perinde nutantes e navibus, quam stabili gradu e ripa, vulnera dirigebant. Et cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges, propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere: quae cuncta in oculis utriusque exercitus, quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani caussam, auctoremque cladis detestabantur. Et praelium quidem, abruptis, quae supererant navibus, fuga diremptum.*

Pedian todos por esto la muerte de Macro; y herido de lejos con una lanza, le estaban ya encima con las espadas, quando fué defendido por obra de los Tribunos y Centuriones que se interpusieron. Llegó poco despues por orden de Oton Vestricio Espurina con las cohortes, habiendo dexado en Placencia poco presidio.

Envió tambien Oton á Flavio Sabino, electo Consul, para que se encargase de la gente que solia gobernar Macro: alegrándose los soldados de la mudanza de Capitanes, y ellos, por tan ordinarias sediciones, rehusando el gobierno de aquella odiosa milicia.

Hallo acerca de algunos escritores, que aquellos exércitos, por el temor de la guerra, ó por el aborrecimiento de ambos Príncipes, (cuyos vituperios y maldades eran cada dia mas notorios) estuviéron á pique de (dexadas las armas) pensar ellos mismos en hacer nuevo Emperador, remitir la eleccion al Senado; y que á este fin persuadiéron la dilacion los Capitanes Otonianos, principalmente Paulino, por ser el mas viejo de los Consulares, esclarecido en la milicia, y que habia en las guerras de Inglaterra ganado gloria y renombre

*Macer ad exitium posebatur. Iamque vulneratum eminus lancea, strictis gladiis invaserant, cum intercurso tribunorum, centurionumque protegitur. Nec multo post, Vestricius Spurinna, iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit.*

*Dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiarum misit, quibus Macer praefuerat; laeto milite ad mutationem ductum; et ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.*

*Invenio apud quosdam auctores, pavore belli, seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur; dubitasse exercitus, num posito certamine, vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permetterent legere imperatorem. Atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse: praecipue Paulinum; quod vetustissimus consularium, et militia clarus, gloriam,*

grande. Mas yo, así como concederé que por algunos pocos, y en secreto, se deseó la quietud antes que la discordia, y un Príncipe bueno y sin tachas, mas que otro viciosísimo y perverso, así tampoco creo que Paulino, hombre de singular prudencia, esperase en aquel siglo corrompidísimo tan gran templanza en el vulgo, que los mismos que habían turbado la paz por deseo de guerra, se resolviesen en dexar la guerra por caridad de la paz; ni que los exércitos, varios de lenguas y de costumbres, pudiesen convenir en esto, ó que los Legados y Capitanes, que sabian no haberse emprendido la guerra por otra cosa, que por sus propios desórdenes, pobreza y ruines costumbres, sufriesen otro Príncipe que con los mismos defectos, y obligado á reconocer sus servicios y méritos.

El antiguo deseo de mandar fué desde los principios de la naturaleza ingerido en los hombres: aumentóse con la grandeza del Imperio, y con ella misma se descubrió. Porque en estado mediano, fué facil cosa conservar igualdad. Mas como, sojuzgado el mundo, extirpadas las ciudades émulas y los Reyes, se podian desear con seguridad las grandezas, se encen-

---

nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. Ego, ut concesserim apud paucos, tacito voto, quietem pro discordia, bonum et innocentem principem, pro pessimis ac flagitiosissimis expeditum; ita neque Paullinum, qua prudentia fuit, sperasse, corruptissimo sacculo, tantam vulgi moderationem reor, ut qui pacem belli amore turbarerant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis, moribusque dissonos, in hunc consensum potuisse coalescere: aut legatos ac duces, magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi consocios, nisi pollutum, obstrictumque meritis suis principem passuros.

Vetus, ac iam pridem insita mortalibus potentiae cupido, cum Imperii magnitudine adolevit, erupitque. Nam rebus modicis, aequalitas facile habebatur: sed ubi subacto orbe, et aemulis urbibus, regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter

diéron luego los primeros contrastes entre los Senadores y el pueblo; prevaleciendo unas veces los sediciosos Tribunos, y otras los Cónsules; viéndose en la ciudad y en el Foro un principio y ensayo, de las guerras civiles. Cayo Mario después, levantado del ínfimo vulgo, y Lucio Sila, cruelísimo entre todos los nobles, vencida con las armas la libertad, la convirtieron en tiranía: después de los quales vino Gneo Pompeyo mas cubierto, aunque no mejor que los demas: ni desde entónces acá se ha pleiteado por otra cosa, que por el Principado. No arimáron las armas en Farsalia ni en los campos Filípicos las legiones de los mismos ciudadanos Y ¿es de creer, que quisiesen hacerlo voluntariamente los exércitos de Oton y Vitelio? La misma ira de los dioses, la misma rabia y furor de los hombres, las mismas causas de maldades los incitaron á la discordia. Y si se atiende á lo presto que después se acabáron las guerras, casi como de un solo golpe, la vileza de los Príncipes fué la causa: pero demasiado me he dexado llevar de la consideracion de las viejas y nuevas costumbres: volvamos ahora al orden de la historia.

§. VII. Partido Oton para Brixelo, quedó á su hermano

patres, plebemque certamina exarsere: modo turbulenti tribuni, modo consules praevalidi, et in urbe ac foro tentamenta civilium bellorum. Mox e plebe infima C. Marius, et nobilium saevissimus L. Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompeius occultior, non melior. Et nunquam postea, nisi de principatu quaesitum. Non discessere ab armis in Pharsalia, ac Philippis civium legiones: nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint: eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eadem scelerum caussae in discordiam egere. Quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est. Sed me veterum, novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem venio.

§. VII. Prefecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titia-

Ticiano el título y el honor del Imperio, la fuerza y el poder á Proculo, Prefecto de los Pretorianos: Celso y Paulino, faltando quien se valiese de su prudencia, servian para llevar la culpa de los yerros ajenos. Los Tribunos y Centuriones estaban suspensos y dudosos, viendo, que, despreciados los mejores, solo se hacia caso de los ruines. Los soldados alegres y resolutos, aunque acostumbrados mas á interpretar que á obedecer las órdenes de los Capitanes: los quales acordaron de pasar mas adelante los alojamientos á una legua distante de Bedriaco; con tan poca prudencia, que, aunque era tiempo de primavera, y con tantos rios al rededor, se padecia con extremo de agua. Tratóse allí, si se debia venir á la batalla, haciendo para ello viva instancia con carta á Oton: mas los soldados pedian que se hallase el Emperador; y muchos, que se hiciesen venir las gentes de allá del Pó. Ni ahora es tan facil de juzgar lo que fuera bien haber hecho, como que fué lo peor lo que se hizo. Moviéron al fin, no como para entrar en batalla, mas como para marchar en guerra contra el enemigo, apartado quatro leguas donde el Pó, y el Adamezclan sus corrientes, protestando Celso y Paulino, que era

---

num fratrem; vis ac potestas penes Proculum praefectum. Celsus et Paullinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum, alienae culpa praetendebantur: tribuni, centurionesque ambigui, quod, spreto melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari, quam exsequi mallet. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit; adeo imperite, ut quamquam verno tempore anni, et tot circum amnibus, penuria aquae fatigarentur. Ibi de praedio dubitatum: Othone per litteras flagitante, ut maturarent; militibus, ut imperator pugnae adesset poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. Nec perinde diiudicari potest, quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse, quod factum est. Non ut ad pugnam, sed ad bellandum profecti. Confluentes Padi et Ad-duae fluminum XVI. inde millium spatio distantes petebant. Celso et

lo mismo que presentar al enemigo aquellos soldados cansados del camino, y cargados de bagage; y que hallándose los Vitelianos desembarazados, y con solo el espacio de una legua que marchar, no perderian la ocasion de acometer los desordenados, ó quando los viesen ocupados en atrincherarse. Convencidos de la razon Ticiano y Proculo, se servian de la autoridad y orden Imperial: aumentada de nuevo con terribles mandatos, por medio de un caballo ligero, Numida, queriendo que en todo caso se tentase la fortuna, quejándose de la floxedad de los Capitanes, atormentado del esperar, é impaciente en las esperanzas.

En aquel mismo dia dos Tribunos de las cohortes Pretorias fuéron á verse con Cecina, que estaba ocupado en hacer el puente: y miéntras se aparejaba á oír los Capítulos y condiciones que traían, y responderles, llegaron los corredores con aviso de que venia el enemigo; con que interumpiéndose las vistas, tampoco se pudo saber despues, si se encaminaban con engaño ó traicion, ó por algun partido honesto. Habiendo Cecina despedido los Tribunos, y vuelto al campo, halló ya en arma á los soldados, y que por orden

*Paullino abnuentibus, militem itinere fessum, sarcinis gravem, obiicere hosti, non admissuro quo minus expeditus, et vix quatuor millia passuum progressus, aut incompósitos in agmine; aut dispersos, et vallum molientes aggredereetur. Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. Aderat sane citus equo Numida, cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita ducum segnitia, rem in discrimen mitti iubebat; aeger mora, et spei impatiens.*

*Eadem die, ad Caecinam operi pontis intentum, duo praetoriarum cohortium tribuni, colloquium eius postulantes, venerunt. Audire condiciones, ac reddere parabat, cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere. Interruptus tribunorum sermo: eoque incertum fuit, insidias, an prodicionem, vel aliquod honestum consilium coeptaverint. Caecina dimissis tribunis, reiectus in castra, da-*



de Fabio Valente se habia dado el señal de la batalla. Mientras se echaban las suertes sobre los puestos en que habian de pelear las legiones, traváron los caballos la escaramuza: y es sin duda, que si no fuera por el valor de la legion Itálica, que puesto mano á las espadas, les hicieron volver el rostro y tornar á la refriega, por menor número de Otonianos fueran encerrados en sus propias trincheras.

Entráron en batalla las legiones Vitelianas sin confusion alguna; porque dado que el enemigo estaba cerca, los árboles espesos quitaban la vista de sus armas; pero de la parte de los Otonianos estaban los Capitanes medrosos, los soldados mal satisfechos de ellos, los carros y el bagage confusos entre sí y sin orden; de todas partes fosos y quebradas, y el camino estrecho aun para ordenanza quieta. Rodeaban algunos sus propias banderas, otros las iban buscando; por todas partes voces confusas, de quien corria, y de quien llamaba; y segun que cada qual tenia valor ó miedo, así se ponía y se quitaba de los primeros y últimos esquadrones. Los ánimos atónitos del súbito terror se acabáron de entibiar con una falsa alegría; habiendo algunos que mentirosamente afirmaban

tum iussu Fabii Valentis pugnae signum, et militem in armis invenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere: et mirum dictu, a paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt ea strictis mucronibus redire pulsos, et pugnam resumere coegit.

Disposita Vitellianorum legionum acies, sine trepidatione: etenim quamquam vicino hoste, aspectus armorum densis arbustis prohibebatur: apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis, via quicto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quaerere alii: incertus undique clamor, accurrentium; vocitantium: et ut cuique audacia vel formido, in primam, postremamve aciem prorumpabant, vel revehebantur. Attonitas subito terrore mentes, falsum gaudium

haberse rebelado el ejército de Vitelio. No se sabe bien, si esta voz echada por las espías de Vitelio ó de la parte misma de Oton, corrió acaso, ó por astucia de alguno: basta que los Otonianos, depuesto el ardor militar, saludaron á los Vitelianos, que los recibieron con murmullo de enemigos: y muchos, no sabiendo la causa del saludar, dudaron de traicion. Cerró entónces el ejército enemigo fresco y superior de fuerzas y de número.

Los Otonianos, aunque desordenados, inferiores y cansados, cerraron animosamente. Y porque el puesto era impedido de árboles y de viñas, no se daba la batalla por una parte sola: acométense en diversos lugares, de cerca y de lejos, á esquadras, y á tropas apiñadas; en la calzada se juntan de manera, que no pudiéndose ayudar de sus armas enastadas, rempujándose con los hombros y con los escudos, procuraban abrir las celadas y corazas á golpes de espada y hacha. Conocidos entre sí, y fáciles á ser lo de los demas, peleaban como por la final salida de aquella guerra.

Encuéntranse acaso entre el Pó y el camino en campaña

*in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum eminententur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an ipsa Othonis parte, seu dolo, seu forte surrexerit, parum compertum. Omissa pugnae ardore, Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris, quae causa salutandi, metum prodicionis fecere. Tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero praestantior.*

*Othoniani quamquam dispersi, pauciores, fessi, praelium tamen acriter sumpserunt: et per locos arboribus ac vineis impeditos, non una pugnae facies: cominus, eminusque, catervis et cuneis concurrerant: in aggere viae collato gradu, corporibus et umbonibus niti, omissa pilorum iactu, gladiis et securibus galeas, loricasque perumpere: noscentes inter se, ceteris conspicui in eventum totius belli certabant.*

Forte inter Padum, viamque, patenti campo, duae legiones con-

rasa dos legiones: la veinte y una de Vitelio llamada Rapace, famosa de antigua gloria, y la primera de Oton, por sobre nombre Ayutrice, no hasta entónces probada en batalla, aunque codiciosa del primer honor. Los de la primera de Oton, desbaratadas las segundas hileras de la veinte y una de Vitelio, tomaron el águila; de cuyo dolor, encendida la legion, rechazados los de la primera, y muerto Orfidio Benigno, su Legado, toman muchas banderas y estandartes al enemigo. En otra parte, del ímpetu de los de la quinta legion era maltratada la décimatercia; y los de la catorcena fuéron rodeados por muchos que cargaron sobre ellos: <sup>1</sup> porque habiéndose retirado temprano los Capitanes de Oton, Cecina y Valente atendian á socorrer con gente fresca á los suyos. Sobrevino el socorro de Varo Alfeno con los Batavos, los quales, habiendo pasado en barcas el rio, y degollado en él las compañías de gladiadores que estaban á la defensa del paso, así victoriosos acometen por el costado al enemigo, y rompen el batallon de enmedio. Los Otonianos, rotos del todo, se ponen en huida corriendo la vuelta de Bedriaco. El largo espacio de

---

gressae sunt: pro Vitellio una et vicesima, cui cognomen *Rapaci*, veterere gloria insignis; e parte Othonis, prima Aditrix, non ante in aciem deducta, sed ferox, et novi decoris avida. Primanis, stratis una et vicesimanorum principiis, aquilam abstulere: quo dolore accensa legio, et impulit rursus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato; et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. A parte alia, propulsa Quintanorum impetu tertiadecima legio: circumventi plurium accursu quartadecimani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis, Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium Varus Alphenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam, oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti. Et media acie perrupta, fugere passim Othoniani Bedriacum petentes. Immensum id spatium: ob-

<sup>1</sup> Estos soldados de la legion catorcena venia, como se ha dicho, marchando de los enviados delante: porque la do de espacio con las demas de Misia.

la retirada, y los caminos llenos de cuerpos muertos hicieron mayor el estrago; y mas el no acostumbrarse tomar prisioneros en las guerras civiles. Suetonio Paulino, y Licinio Proculo, aunque por diversas vias, excusaron el volver á los alojamientos. Vedio Aquila, Legado de la legion trece, con miedo inconsiderado, se expuso á la ira de los soldados: porque entrado en los reparos buen rato antes de la noche, rodeándole una banda de sediciosos y fugitivos, no abstuviéron la lengua ni las manos, llamándole vil y traidor; no por ningun demérito suyo, mas (como es costumbre del vulgo) por dar en rostro siempre á otros con sus propios defectos. A Ticiano y á Celso valió el llegar de noche, estando ya puestas las guardias y aplacados los soldados; á los quales Anio Galo con consejo, con ruegos, y con autoridad habia persuadido á no querer sobre el daño recibido en la pelea acrecentar la crueldad de matarse unos á otros; pues fenecida que fuese la guerra, ó resolviéndose á tentarla de nuevo, era la union el único remedio á los vencidos. Perdidos de ánimo todos los demas, solos los Pretorianos echaban fuego, diciendo: que por traicion, y no por valor habian sido vencidos; y que los Vi-

---

*structae strage corporum viae : quo plus caedis fuit : neque enim civilibus praeliis capti in praedam vertuntur. Suetonius Paullinus, et Licinius Proculus, diversis itineribus, castra vitavere. Vedium Aquilam tertiaedecimae legionis legatum, irae militum inconsultus pavor obtulit : multo adhuc die vallum ingressus, clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur : non probris, non manibus abstinens ; desertorem, proditoremque increpant ; nullo proprio crimine eius, sed more vulgi, suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum et Celsum nox iuvit, dispositis iam excubiis, compressisque militibus, quos Annius Gallus precibus, consilio, auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae, suismet ipsi caedibus saevirent : sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum. Ceteris fractus animus. Praetorianus miles, " non virtute se, sed proditione victum fremebat. Ne Vitellianis quidem incruentam*

telianos habian alcanzado una victoria muy sangrienta, rota su caballeria: perdida la águila de una legion: que á ellos les quedaban todavia los soldados que estaban con Oton, los de allá del Pó, y que se venian acercando las legiones de Misia: que habia quedado buena parte del ejército en Bedriaco, no siendo ninguno de estos de los vencidos; los quales, siendo necesario, moririan honradamente con las armas en la mano." Con tales pensamientos, ya airados, ya medrosos, estaban en la última desesperacion, transportados antes de la ira, que del temor.

Los Capitanes del ejército Viteliano haciendo alto mas de una legua de Bedriaco, no se atrevieron atentar el mismo dia los alojamientos, esperando que se entregarían voluntariamente. Y así, hallándose sin bagage, como quien solo habia salido para pelear, no hicieron aquella noche otro reparo que el que les daban sus propias armas y la reputacion de la victoria. El siguiente dia, estando los mas feroces del campo de Oton apaciguados y arrepentidos, todos de un acuerdo enviaron embaxada. No dudaron los Capitanes Vitelianos de conceder la paz, aunque con ocasion de detenerse algun tanto

fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila: superesse cum ipso Othone militum, quod trans Padum fuerit; venire Moesicas legiones, magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos: et si ita ferret, honestius in acie perituros." His cogitationibus truces aut pavidi, extrema desperatione ad iram saepius, quam in formidinem stimulabantur.

At Vitellianus exercitus, ad quintum a Bedriaco lapidem conседit, non ausis ducibus eadem die oppugnationem castrorum: simul voluntaria deditio sperabatur. Sed expeditis, et tantum ad praelium egressis; munimentum fuere arma et victoria. Postera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, et qui ferociore fuerant ad poenitentiam inclinantibus, missa legatio: nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati paulisper retenti: ea

los Embaxadores, concibieron sospecha los Otonianos, no sabiendo que la hubiesen alcanzado, Mas vueltos despues con buen despacho, y abiertos los reparos de los alojamientos, los vencidos y los vencedores con lágrimas en los ojos y miserable alegría maldecian la infidelidad de las armas civiles. Debaxo unas mismas tiendas curaban unos las heridas de sus hermanos, y otros de sus amigos. A todos era dudosa la esperanza del premio, la muerte y el llanto ciertos y seguros. Ninguno habia allí tan exento del mal, que no se doliese de la muerte de alguno. Buscóse el cuerpo del Legado Orfidio, y quemóse con la honra y solemnidad acostumbrada. Enterraron algunos pocos sus parientes y amigos, lo restante del vulgo quedó en la campaña.

§. VIII. Esperaba Oton las nuevas del suceso de la batalla sin algun temor, y resuelto ya en lo que habia de hacer. Al principio la fama, y despues los escapados de ella diéron la nueva de la rota. El ardor de los soldados no esperó á que los hablase el Emperador: mas ellos primero fuéron á rogarle que mostrase buen ánimo: acordándole, que no faltaban fuerzas con que renovar la guerra; y ofreciéndose ellos mas que nunca prontos á sufrirlo y á tentar todo. No habia

*res haesitationem atulit, ignaris adhuc, an impetrassent. Mox remissa legatione patuit vallum. Tum victi, victoresque in lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes. Iisdem tentoriis, alii fratrum, alii propinquorum vulnera fovebant. Spes et praemia in ambiguo; certa funera et luctus, nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem maereret. Requisitum Orphidii legati corpus honore solito crematur: paucos necessarii ipsorum sepelivere: ceterum vulgus super humum relictum.*

§. VIII. Opperiebatur Otho nuntium pugnae, nequaquam trepidus, et consiliis certus: moesta primum fama; dein profugi e praelio perditas res patefaciunt. Non exspectavit militum ardor vocem imperatoris: bonum habere animum iuebant: superesse adhuc novas vires, et ipsos

aquí adulacion, mostrándose todos voluntariosos y verdaderamente llenos de afecto, y de un cierto furor en desear la batalla y renovar la fortuna del bando. Daban muestras de ello los apartados con alzar las diestras, y los cercanos con echársele á los pies: principalmente Plocio Firmo, Prefecto del Pretorio, le importunaba y rogaba que no quisiese desamparar un ejército tan fiel y unos soldados de tanto mérito.

*Mucho mas se muestra, decia, la grandeza de ánimo en sufrir las adversidades, que en evitarlas. Los hombres fuertes y valerosos oponen el rostro á la fortuna, los tímidos y viles precipitan en desesperacion.*

Durante estas palabras, segun el bueno ó mal semblante que mostraba Oton, seguian las voces de alegría ó de tristeza. Y esto no solamente los Pretorianos, (soldados propios de Oton) mas aquellos tambien que habian sido enviados de los de Misia prometian la misma constancia del ejército que estaba atrás, dando nueva, que las legiones habian ya entrado en Aquileya: de manera, que nadie puede dudar de que se hubiera podido entablar de nuevo una terrible guerra sangrienta y peligrosa, no menos á los vencedores, que á los ven-

extrema passuros, ausurosque: neque erat adulatio. Ire in aciem excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant: qui procul astiterant, tendere manus, et proximi prehensare genua; promptissimo Plotio Firmo. Is praetorii praefectus, identidem orabat:

*Ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa, quam relinqui; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei; tímidos et ignavos ad desperationem formidine properare.*

Quas inter voces, ut flexerat vultum, aut induraverat Otho, clamor et gemitus. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles; sed praemissi e Moesia, eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant: ut nemo dubitet potuisse re-

cidos. Con todo eso Oton, ageno de pensamientos de guerra, les dixo estas palabras.

*El precio de poner á nuevos peligros ese vuestro ánimo y valor es sobradamente excesivo para el rescate de mi vida. Quantas mas esperanzas me mostrais, si yo desease vivir, tanto mas se me hace hermosa y agradable la muerte. Habemonos tentado los aceros la fortuna y yo: no se ponga en conseqüencia la brevedad del tiempo; que mayor dificultad hay en templarse uno en la felicidad que piensa haber de gozar poco. Vitelio comenzó la guerra civil, y de su parte ha venido la ocasion de competir sobre la posesion del Imperio: vendrá de la mia el exemplo de no pelear mas de una vez. Hagan de aqui juicio de Oton los venideros. Goce Vitelio la compañía de su hermano, de su muger y de sus hijos; que yo ni de venganza ni de consuelo necesito. Otros han gozado mas largamente del Imperio; mas ninguno le ha dexado con mayor valor. ¿Sufriré yo que de nuevo perezca tanta juventud Romana, y que se arrebatem á la República exercitos tan valerosos? Venga conmigo vuestro buen ánimo, como prontos á morir por mí; mas quedad vosotros vivos y alegres: no dilatemos mas, yo vuestra salud, y*

novari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus. Ipse aversus a consiliis belli, hunc, inquit:

*Animum, hanc virtutem vestram ultra periculis obiicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere placeat, tanto pulchrior mors erit. Experti invicem sumus, ego ac fortunæ nec tempus computaveritis: difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. Civile bellum a Vitellio coepit; et ut de principatû certarem armis, initium illic fuit: ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit, hinc Othonem posteritas aestimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis: mihi non ultione, neque solatiis opus est. Alii diutius imperium tenuerint; nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus, sterni rursus, et Reipublicæ eripi patiar? Eat hic mecum animus, tanquam perituri pro me fueritis: sed este superstites: nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam*



*vosotros mi constancia. Especie de vileza es hablar un hombre mu-  
cho de su fin: sirvaos de señal eficaz de mi firme resolucion el ver  
que de nadie me quejo: porque el inculpar á los dioses ó á los  
hombres es propio de los que desean la vida.*

Dicho esto, llamando á todos con mucho amor, conforme á la edad y grado de cada uno, les iba exhortando á darse prisa, para que con la dilacion no exásperasen el ánimo del vencedor; moviendo á los mozos con la autoridad, y á los viejos con ruegos: el rostro sereno, franco en el hablar, y sin miedo iba refrenando las lágrimas sin sazón de los suyos. Ordena que se den carros y barcas á los que parten. Hace quemar las cartas y memoriales, ó demasiado officiosos para con él, ó sobradamente injuriosos contra Vitelio. Distribuye dineros parcamente, y no como ya al fin de su vida. Tras esto, viendo á Salvio Coceyano, hijo de su hermano, amedrentado y triste, como quien estaba todavia en su primer juventud, comenzó á consolarle, loándole el afecto, y reprehendiéndole el temor. *¿Será por ventura, le dixo, Vitello de ánimo tan desapiadado, que en pago de haberle yo conservado todo su linage, no pueda esperar de él este favor á lo menos; y mas ha-*

*meam. Plura de extremis loqui, pars ignaviae est: praecipuum destinationis meae documentum habete, quod de nemine queror; nam incusare deos vel homines, etus est, qui vivere velit.*

Talia locutus, ut cuique aetas aut dignitas, comiter appellatos, irent prope, neu remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate, senes precibus movebat, placidus ore; intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coercens. Dari naves, ac vehicula abeuntibus iubet, libellos, epistolasque, studio erga se, aut in Vitellium contumeliis insignes, abolet: pecunias distribuit; parce, nec ut periturus. Mox Salvium Coceianum fratris filium prima iuventa, trepidum et maerentem, ultró solatus est, laudando pietatem eius, castigando formidinem: *an Vitellium tam immitis animi fore, ut pro incolumi tota domo, ne banc quidem sibi gratiam redderet? mereri se fe-*

*ciéndome merecedor de su clemencia con solicitar mi fin? Pues no en la última desesperacion, mas quando mi ejército pedía con mayor fervor la batalla ofrecí el último caso al amor de la Republica. Conténtome de la fama y de la nobleza ganada á mis sucesores; pues al fin soy el primero tras los Julios, los Claudios, y los Servios, que ha trasferido el Imperio en familia moderna: por lo qual atiende con ánimo generoso á vivir, no acordándote demasiado, ni tampoco olvidándote del todo de que has tenido á Oton por tio.*

Despues, despedidos todos, tomó un poco de reposo; y entrado ya en los cuidados postrimeros, le divirtió de ellos un ruido repentino que sintió, viniendo aviso de la insolencia y tumulto de los soldados, que amenazaban de muerte á qualquiera que tuviese atrevimiento de partirse; furiosos particularmente contra Virginio, á quien tenian sitiado en su casa: y así Oton, despues de haber reprehendido á los autores del tumulto, volviéndose, atendió despues á los cumplimientos de los que se iban, hasta que todos hubiesen partido sin recibir daño ni molestia. Hacia la tarde se restauró la sed con un poco de agua fria; y haciéndose traer dos puñales, ten-

*stinato exitu clementiam victoris. Non enim ultima desperatione, sed poscente praelium exercitu remisisse Reipublicae novissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quaesitum: post Iulios, Claudios, Servios, se primum, in familiam novam imperium intulisse: proinde erecto animo capesseret vitam, neu patrum sibi Orthonem fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.*

Post quae, dimotis omnibus, paullum requievit: atque illum supermas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit, nuntiata consternatione ac licentia militum: namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant: increpitis seditionis auctoribus regressus, vacavit abeuntium alloquiis, donéc omnes inviolati digrederentur. Vesperascente die, sitim haustu gelidae aquae sedavit: tum allatis pugionibus duobus, cum

tada á entrambos la punta y el corte, se puso el uno debaxo de la almohada. Certificado despues de que se habian partido los amigos, pasó la noche con quietud, y (como afirman) no sin dormir. Al despuntar del dia se atravesó el pecho con el hierro. Al último gemido, entrando los esclavos y libertos, y Plocio Fermo, Prefecto del Pretorio, halláron al muerto una sola herida. Solicitáronse con gran prisa las exéquias, habiéndolo él instado con apretados ruegos, para que la cabeza no pudiese ser dividida del cuerpo, y escarnecida del vulgo. Las cohortes Pretorias con loores y con llantos, lleváron el cuerpo, besándole las manos y la herida. Algunos soldados se matáron junto á la hoguera, no por haber cometido delito, ni por temor, mas por deseo de participar de su gloria; y mostrar el amor que tenian á su Príncipe. Fué despues celebrada universalmente esta manera de muerte en Bedriaco, en Plasencia, y en los demas alojamientos.

Hízosele á Oton un sepulcro de mediana fábrica, y que permanecerá. Este fin tuvo Oton á los treinta y siete años de su edad. Tuvo su origen de Ferentino, de padre Consular, y de abuelo Pretorio. Fué menos noble de parte de madre, aun-

utrumque pertentasset, alterum capiti subdidit: et explorato, iam profectos amicos, noctem quietam, utque affirmatur, non insomnem egit. Luce prima, in ferrum pectore incubuit: ad gemitum morientis, ingressi liberti, servique, et Plotius Firmus, praetorii praefectus, unum vulnus invenere. Funus maturatum; ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Tulere corpus praetoriae cohortes, cum laudibus et lacrimis, vulnus, manusque eius exosculantes. Quidam militum, iuxta rogam interfecere se, non noxa, neque ob metum; sed aemulatione decoris et caritate principis, ac postea promiscue Bedriaci, Placentiae, aliisque in castris, celebratum id genus mortis.

Othoni sepulchrum exstructum est, modicum, et mansurum. Hunc vitae finem habuit septimo et tricesimo aetatis anno. Origo illi e mu-

que de familia honesta. Pasó su niñez y juventud como habemos mostrado arriba: y con dos grandes acciones, una perversísima y otra gloriosa, dexó de sí á los venideros una mezcla de buena y de mala fama. Como el buscar cosas fabulosas, y con ficciones deleytar los ánimos de los que leen, veo que no conviene á la gravedad de la obra que tenemos entre manos, así tampoco me atrevo á quitar del todo el crédito á las cosas creidas y escritas por otros.

En el dia que se dió la batalla de Bedriaco, cuentan los naturales de aquella tierra, que en un lugar muy frequentado de la ciudad de Regio <sup>1</sup> Lepido, se puso un páxaro de extraordinaria especie; el qual, ni del concurso de la gente, ni del buelo de las otras aves al rededor de él se espantó ó se movió jamas hasta que Oton se hubo muerto, desapareciendo en aquel instante. Y los que computáron despues el tiempo, el principio, y el fin de aquel milagro, halláron que convenia todo con la muerte de Oton; en cuyo mortuorio, con la ocasion del llanto y de aquel dolor, se renovó la sedicion: y no era maravilla, que no habia quien lo impidiese.

---

nicipio Ferentino. Pater consularis; avus praetorius; maternum genus impar, nec tamen indecorum: pueritia ac iuventa, qualem monstravimus: duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae, quantum malae. Ut conquirere fabulosa, et fictis oblectare legentium animos, procul gravitate coepti operis crediderim; ita vulgatis, traditisque demere fidem non ausim.

Die quo Bedriaci certabatur, avem inusitata specie, apud Regium Lepidum celebri vico consedissee, incolae memorant, nec deinde coetu hominum, aut circumvolitantium alitum, territam, pulsamve, donec Otho se ipse interficeret: tum ablatam ex oculis: et, tempora reputantibus, initium, finemque miraculi, cum Othonis exitu competisse. In funere eius, novata luctu, ac dolore militum seditio: nec erat qui coerceret.

1 Este es Regio, junto á Modena.

Y vueltos á Verginio los soldados, le rogaban con término amenazador, unas veces que aceptase el Imperio, otras que fuese con embaxada á Cecina y Valente. Mas él, saliéndose secretamente por la puerra falsa, no pudo ser hallado por los que entraron rompiendo la principal. Rubrio Galo llevó la embaxada y ruegos por parte de las cohortes que habian quedado en Brixélo: y obrúvose el perdon, á causa de que Flavio Sabino, con las tropas que habia tenido á su cargo, se pasó al bando del vencedor.

§. IX. Habiendo por todas partes cesado la guerra, corrió muy gran peligro aquella parte del Senado que habia seguido á Oton desde Roma, á quien despues habia dexado en Modena; porque llegada allí la nueva de la rota, teniéndola los soldados por falsa, y persuádiendose á que aquel Senado aborrecia á Oton; escuchaban con gran cuidado sus razones y pláticas, atribuyéndolo todo á la peor parte, hasta los rostros y semblantes de cada uno. Finalmente, con injurias y malas palabras buscaban ocasion de hacer mortandad en ellos. Afligia tambien á los Senadores otro temor; es, á saber, de no dar muestra (siendo ya superior el bando de Vitelio) de haber oi-

Ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. Verginius per aversam domus portam furtim degressus, irrumpentes frustratus est. Earum, quae Brixelli egerant, cohortium, preces, Rubrius Gallus tulit. Et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem, per Flavium Sabinum, iis copiis, quibus praefuerat.

§. IX. Posito ubique bello, magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta: illuc de adverso praelio allatum: sed milites, ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum, habitumque trahere in deterius: conviciis postremo, ac probris caussam, et initium caedis quaerebant: cum alius insuper metus senatoribus instaret, ne praevalidis iam Vitellii partibus cun-

do con poco gusto esta victoria. Así medrosos y rodeados de angustias se juntan, no atreviéndose cada uno de por sí á aconsejar con resolucion, donde juntos todos parece que se aseguraban con la compañía de la culpa. Aumentó el cuidado en aquellos ánimos medrosos la oferta de armas y de dineros que les hizo el Magistrado de Modena, honrándolos fuera de tiempo con el nombre de Padres Conscriptos. Nació de aquí contraste notable entre Licinio Cecina, y Marcelo Eprío: porque estos en sus discursos no se dexaban entender, ni los demas descubrian su intencion con mas libertad. Mas el nombre de Marcelo, aborrecible por sus denunciaciones, incitaba á Cecina, hombre nuevo, y poco antes entrado á Senador; á ganar reputacion con la enemistad de los grandes; pero atajólos al fin la prudente moderacion de los mejores que estaban presentes, y volviéron todos á Bolonia para consultar otra vez lo hacedero: esperando entre tanto á tener mas ciertos avisos.

En Bolonia los que se enviáron por los caminos á saber nuevas, encontráron con un liberto de Oton: el qual, preguntado de la causa de su partida, respondió que traía los últimos mandatos de su Señor: que todavía quedaba vivo, pero

---

ctanter excepisse victoriam crederentur: ita trepidi, et utrimque anxii coeunt, nemo privatim expedito consilio inter multos societate culpae tutior. Onerabat paventium curas ordo Mutinensis, arma et pecuniam offerendo, appeliabatque Patres Conscriptos, intempestivo honore. Notabile iurgium inde fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium, ut ambigua disserentem invasit. Nec ceteri sententias aperiebant: sed invisum memoria delationum, expositumque ad invidiam Marcelli nomen, irritaverat Caecinam, ut novus adhuc, et in senatum nuper adscitus, magnis inimicitiiis claresceret. Moderatione meliorum dirempti. Et rediere omnes Bononiam, rursus consiliaturi: simul, medio temporis, plures nuntii sperabantur.

Bononiae, divisus per itinera, qui recentissimum quemque percunctarentur, interrogatus Othonis libertus causam digressus, habere se suprema eius mandata respondit: Ipsum viventem quidem reli-

con solo el cuidado de dexar á la posteridad una honrada memoria de sí, cortado del todo el hilo á las esperanzas lisonjeras de vivir. Quedáron de esto admirados, y con una cierta vergüenza de no informarse mas adelante. Desde entónces inclináron los ánimos de todos al bando de Vitelio. Su hermano Lucio, estaba presente á todos los consejos; el qual comenzaba ya á ofrecerse á los que le adulaban, quando llegó Ceno liberto de Neron, y con una horrenda mentira los espantó á todos: afirmando que llegada la legion catorce, con la gente de Brixélo, habian sido rotos los vencedores, trocándose la fortuna del bando. La causa de esta invencion fué, porque las órdenes y patentes de Oton, de que ya no se hacia caso, volviesen á tener valor por otra mas alegre nueva. Y Ceno, que con gran diligencia pasó entónces á Roma, fué pocos dias despues castigado por orden de Vitelio. Aumentábase el peligro de los Senadores, con el crédito que daban á estas nuevas los soldados Otonianos. Fuera de esto hacía mayor el miedo, el poderse persuadir los soldados á que su salida de Modena socolor de tener consejo público, no habia sido sino por huir del bando de Oton. Y así, sin tratar mas de juntarse, atendia cada uno á su propio particular, hasta

---

ctum, sed sola posteritatis cura, et abruptis vitae blandimentis. Hinc admiratio, et plura interrogandi pudor. Atque omnium animi in Vitellium inclinavere. Intererat consiliis frater eius L. Vitellius, seque iam adulantibus offerebat, cum repente Coenus libertus Neronis, atroci mendacio universos perculit, affirmans superventu XIV. legionis, iunctis a Brixello viribus, caesos victores, versam partium fortunam. Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae negligebantur, laetiore nuntio revalerent. Et Coenus quidem rapidus in urbem vectus, paucos post dies, iussu Vitellii poenas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse, quae afferebantur. Intendebat formidinem, quod publici consilii facie, discessum Mutina, desertaque partes forent. Nec ultra in commune congressi,

que llegadas cartas de Valente , acabáron de salir de cuidado : que la muerte de Oton , quanto era mas digna de alabanza , tanto se publicó con mayor presteza.

Trepidanti inter scelus, metumque, ne dilata Blaesi mors maturam perniciem, palam iussa atrocem invidiam ferret, placuit veneno grassari. Addidit facinori fidem, nobili gaudio, Blaesum visendo: quin, et audita est saevissima Vitellii vox, qua (ipsa enim verba referam) se pavisse oculos, spectata inimici morte, iactavit. Blaeso super claritatem natalium, et elegantiam morum, fidei obstinatio fuit. Integris quoque rebus, a Caecina, et primoribus partium iam Vitellium asperrantibus, ambitus, abnuere perseveravit: sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens, ut parum effu-

tavo lejos de ser reputado por indigno.

§. VII. Fabio Valente en tanto, con un largo y lascivo acompañamiento de concubinas y de eunucos, caminando mas despacio de lo que pide la guerra, tuvo varios correos con aviso de la rebelion de la armada vendida por Lucilio Baso. Y es cierto, que si solicitára el viage, facilmente hubiera alcanzado á Cecina quando tirubeaba, ó á lo menos á las legiones antes de la batalla. No faltó quien le amonestase, que con la gente de mas confianza, por caminos no platicados, apartándose de Ravena, diese consigo en Ostilia ó en Cremona. Otros aconsejaban, que hechas venir de Roma las cohortes Pretorjas, fuese de golpe con buenas fuerzas á encontrar al enemigo: mas él contemporizando inútilmente, consumió en consultas el tiempo que debiera emplear en la execucion. Menospreciados despues ambos consejos, miéntras determina de seguir el medio, (resolucion la peor que se puede tomar en los casos peligrosos) ni supo aprovecharse de la providencia, ni del valor. Escribió finalmente á Vitelio, que se le enviase socorro. Viniéron tres cohortes, y la ala de caballos de Inglaterra: número incapaz de engañar al enemigo,

geret, ne dignus crederetur.

§. VII. Fabius interim Valens, multo ac molli concubinarum, spadonumque agmine, segnius, quam ad bellum incedens, proditam a Lucilio Basso Ravennatem classem, pernicious nuntiis accepit. Et si coeptum iter properasset, nutantem Caecinam prevenire; aut ante discrimen pugnae, assequi legiones potuisset. Nec deerant, qui moneret, ut cum fidissimis per occultos tramites, vitata Ravenna Hostilliam, Cremonamve pergeret. Aliis placebat, accitis ex urbe praetorjans cohortibus; valida manu perrumpere. Ipse inutili cunctatione, agendi tempora consultando consumpsit: mox utrumque consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, dum media sequitur, nec ausus est satis, nec providit. Missis ad Vitellium litteris, auxilium postulat. Venere tres cohortes, cum ala Britannica: neque ad fallendum

ni de pasar contra su voluntad.

Mas Valente ni aun entre peligros tan grandes huyó la infamia de atender á todo gusto, y de manchar las casas de los huespedes, de adulterios y de estupro: incitado de la autoridad, abundancia de dineros, y de una luxuria ardentísima en la declinacion de su fortuna. Finalmenté, á la llegada de los infantes y caballos, se conoció el mal partido que se habia tomado; porque no podia con tan poca gente (aunque hubiera sido fidelísima) pasar por el país enemigo. Mas á la verdad, habian traído consigo poca fe. Entreteníalos con todo eso la vergüenza y el respeto del Capitan que estaba presente; ataduras, que aprietan poco á gente no codiciosa de peligros y poco estimadora de honra. Por este respeto, y por ser tambien seguido de pocos de quien se pudiese esperar firmeza en la adversidad, enviadas delante las cohortes la vuelta de Arimino, ordenó que los caballos marchasen de retaguardia. El torciendo el camino por la Umbria, y entrando en la Toscana, sabido el suceso de Cremona, tomó un partido animoso y de harto daño, si le saliera bien. Metióse en las naves, y tentó de pasar en alguna parte de la provincia

*aptus numerus, neque ad penetrandum.*

*Sed Valens, ne in tanto quidem discrimine infamia caruit, quo minus illicitas rapere voluptates, adulteriisque ac stupris polluere hospitum domus crederetur: aderant vis, et pecunia, et ruentis fortunae novissima libido. Adventu demum peditum, equitumque pravitas consilii patuit, quia nec vadere per hostes tam parva manu poterat, etiam si fidissima foret, nec integram fidem atulerant. Pudor tamen, et praesentis ducis reverentia morabatur, haud diuturna vincula apud avidos periculorum, et dedecoris securos. Eo metu, et paucis, quos adversa non mutaverant, comitantibus, cohortes Ariminum praemit- tit, alam tueri terga iubet: ipse flexit in Umbriam, atque inde in Etruriam: ubi cognito pugnae Cremonensis eventu, non ignavum, et si provenisset, atrox consilium iniit, ut arreptis navibus, in quam-*

Narbonense, para levantar las Galias y la Germania á nueva guerra. Partido Valente, Cornelio Fusco, arrimándose con el ejército, y haciendo correr las Liburnicas por las riberas vecinas, apretaba por mar y por tierra, á los que (perdidos de ánimo) tenían á Arimino. Ocupado así el llano de la Umbria, y aquella parte de la Marca que baña el mar Adriático, quedaba dividida toda Italia entre Vespasiano y Vitelio, por las cumbres del Apenino. Fabio Valente del golfo de Pisa, ó por crueldad de la mar, ó por vientos contrarios, fué arrojado á puerto Hércules de Monaco. Hallándose no muy lejos de allí Mario Maturó, Procurador de los Alpes marítimos, fiel á Vitelio, á quien no faltó jamas la fé del juramento, aunque rodeado por todas partes de enemigos. Este, recibiendo cortesmente á Valente, le espantó, aconsejándole que no entrase tan acaso en la Galia Narbonense; y el temor hacia fieles á los demas.

Porque Valerio Paulino, Procurador, soldado valeroso, y amigo de Vespasiano antes de su buena fortuna, habiendo reducido á su devocion todas las ciudades circunvecinas, y re-

*cumque partem Narbonensis provinciae egressus, Gallias, et exercitus, et Germaniae gentes, novumque bellum cieret. Digressus Valente, trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus admoto exercitu, et missis per proxima litorum liburnicis, terra, marique circumvenit. Occupantur plana Umbriae, et qua Picenus ager Hadria alluitur: omnisque Italia, inter Vespasianum ac Vitellium, Apennini iugis dividebatur. Fabius Valens, e sinu Pisano, segnitia maris, aut adversante vento, Portum Herculis Monoeci depellitur: haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpius maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius sacramentum, cunctis circa hostilibus, nondum exuerat. Is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur monendo terruit: simul ceterorum fides metu infracta.*

Namque circumiectas civitates, procurator Valerius Paulinus, strenuus militiae, et Vespasiano ante fortunam amicus, in verba eius

cogido á todos los que, despedidos por Vitelio, volvían de buena gana á tomar sueldo, tenia guardada con presidio la colonia de Frejullo y los pasos de aquel mar, seguido con mayor voluntad, por ser Frejullo patria de Paulino, y él no poco estimado de los Pretorianos, entre quien fué ya Tribuno. Y los habitadores del país, que no seguian las armas tanto por amistad de Paulino, como por la esperanza de engrandecerse, favorecian en comun á aquel bando. Todas estas cosas bien aprendidas, y acrecentadas de la fama, como se divulgáron entre aquellos ánimos variables de los Vitelianos, Valente con quatro soldados de su guardia, tres amigos, y otros tantos Centuriones se volvió con tiempo á sus baxeles; dexando en la voluntad de Maturó y los demas el quedarse, ó seguir el partido de Vespasiano.

Mas así como le era á Valente mas segura la mar, que la tierra ni las ciudades, así suspenso en lo que le habia de suceder, y siempre mas cierto en lo que debia huir, que en lo que le convenia buscar, llevado de la fortuna del mar á las islas Estecadas de Marsella, fué allí preso por las liburnicas enviadas de Paulino.

adegerat. Concitisque omnibus, qui exauctorati a Vitellio bellum sponte sumebant, Foroiulensem coloniam, elaustra maris praesidio tuebatur: eo gravior auctor, quod Paulino patria Forum Iulii, et honos apud praetorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Ipsique pagani, favore municipali, et futurae potentiae spe iuvare partes annitebantur: quae ubi paratu firma, et aucta rumore, aud varios Vitellianorum animos increbueret; Fabius Valens cum quatuor speculatoribus, et tribus amicis, totidem centurionibus ad naves regreditur: matura, ceterisque remanere, et in verba Vespasiani adigi volentibus fuit.

Ceterum, ut mare tutius Valenti, quam litora, aut urbes; ita futuri ambiguus, et magis quid vitaret, quam cui fideret certus, adversa tempestate Staechadas Massiliensium insulas affertur: ibi eum missae a Paulino liburnicae oppressere.

Preso Valente , volviéndose todo á favor del vencedor , comenzó en España la legion primera Ayudatrice , la qual aborreciendo á Vitelio por la memoria de Oton , llevó consigo á la décima y á la sexta. No tardaron mucho en resolverse las Galias , y el favor grande de Vespasiano añadió á Inglaterra , por haber militado allí por Claudio , y hechoso nombrar en aquella guerra en calidad de Prefecto de la segunda legion , no sin tumulto las demas , en las quales muchos Centuriones y soldados adelantados por Vitelio , mudaban con disgusto el Príncipe ya aprobado por ellos.

§. VIII. Con la ocasion de estas discordias , y con los continuos avisos de la guerra civil , se alborotaron los Ingleses , haciéndose autor Venusio ; el qual , á mas de su natural fiereza y ódio del nombre Romano , era tambien incitado de particular enemistad con la Reyna Cartismandua.

A esta , de nobilísima sangre , obedecian los pueblos Brigantes , aumentado mucho su poder , porque habiendo tomado en prision engañosamente á Carataco , parecía haber ennoblecido el triunfo de Claudio Cesar. Abundando de aquí las riquezas , y despues la superfluidad , que de ordinario sigue á

Capto Valente , cuncta ad victoris opes conversa , initio per Hispaniam a prima adiutrice legione orto , quae memoria Othonis infensa Vitellio , decimam quoque , ac sextam traxit. Nec Galliae cunctabantur. Et Britanniam , inclitus erga Vespasianum favor , quod illic secundae legioni a Claudio praepositus , et bello clarus egerat , non sine motu adiunxit ceterarum , in quibus plerique centuriones ac milites a Vitellio provecti , expertum iam principem anxii mutabant.

§. VIII. Ea discordia , et crebris belli civilis rumoribus , Britannii sustulere animos , auctore Venusio : qui super insitam ferociam , et Romani nominis odium , propriis in Cartismanduam reginam stimulis accendebatur.

Cartismandua Brigantibus imperitabat , pollens nobilitate : et auxerat potentiam , postquam capto per doctum rege Caractaco , instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur. Inde opes et rerum se-

los sucesos prósperos: despreciado su marido Venusio, casó con Velocato, su Caballerizo, á quien hizo Rey. Esta maldad ocasionó al punto la ruina de aquella casa. Estaba por el marido el favor de la ciudad, y por el adúltero la crueldad y luxuria de la Reyna. Venusio pues, con la gente recogida de los socorros, y con la rebelion, de los Brigantes, reduxo á mal partido á Cartismandua. Entónces acudiendo por socorro á los Romanos, nuestras cohortes y nuestra caballeria con diversas batallas la libraron finalmente de peligro: quedándole empero á Venusio el reyno, y á nosotros la guerra.

En aquellos mismos dias se turbó tambien la paz en Germania, por negligencia de los Capitanes y sedicion de las legiones; quedando poco menos que destruido el Imperio Romano de la violencia extrangera y poca fe de los confederados. De esta guerra, que duró largamente con sus causas y sus sucesos, tratarémos abaxo. Rebelóse tambien la Dacia, gente jamas fiel; y menos entónces, que, sacado el ejército de Misia, habia quedado sin temor.

Estuvieron quietos al principio para ver la fama que to-

cundarum luxus: spreto Venusio (is fuit maritus) armigerum eius Velocatum in matrimonium, regnumque accepit. Concussa statim flagitio domus: pro marito studia civitatis, pro adultero libido reginae, et saevitia. Igitur Venusius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartismanduam adduxit. Tum petita a Romanis praesidia, et cohortes, alaeque nostrae, variis praeliis, exemere tamen periculo reginam: regnum Venusio; bellum nobis relictum.

Turbata per eosdem dies Germania, et socordia ducum, et seditione legionum. Externa vi, et perfidia sociali, prope afflicta Romana res. Id bellum cum caussis et eventibus (etenim longius provectum est) mox memorabimus. Mota et Dacorum gens, numquam fida, tunc sine metu, abducto e Moesja exercitu.

Sed prima rerum, quieti speculabantur: ubi flagrare Italiam bello,

maban las cosas : mas entendiendo que Italia se abrasaba en guerras , y que toda cosa andaba en revolucion , forzadas las guarniciones de las cohortes y caballos , se apoderaron de ambas riberas del Danubio , y todavia se iban preparando para expugnar los alojamientos de las legiones , si Muciano , avisado ya de la victoria de Cremona , no hubiera enviado la vuelta de allá la legion sexta para que no viniese de todas partes ímpetu extranjero , si los Dacos y Germanos moviesen por diferentes partes. Aprovechó (como otras muchas veces) la buena fortuna del pueblo Romano con encaminar por aquellas partes á Muciano y á las fuerzas de Oriente ; y , como habemos dicho , el suceso de Cremona. Quedó al gobierno de la Misia Fonteio Agripa , que habia sido el año antes Proconsul en Asia , añadiéndole los soldados del ejército Viteliáno , que , por razon de estado , se juzgó á propósito repartirlos por las provincias , y emplearlos en guerras extranjeras.

No se acababan de quietar las otras naciones. Un esclavo bárbaro , Capitan ya en otro tiempo de la armada del Rey de Ponto , movió al improviso las armas en aquella provincia. Llamábase este Aniceto , liberto del Rey Polemon ; el

---

*cuncta invicem hostilia , accepere ; expugnatis cohortium , alarumque hibernis , utraque Danubii ripa potiebantur. Iamque castra legionum excindere parabant , ni Mucianus sextam legionem opposuisset , Cremonensis victoriae , gnarus , ac ne externa moles utrimque ingrueret , si Dacus , Germanusque diversi irrupissent. Affuit , ut saepe alias , fortuna populi Romani , quae Mucianum , viresque Orientis illuc tulit : et quod Cremonae interim transegimus. Fonteius Agrippa ex Asia (proconsul eam provinciam annuo imperio tenuerat) Moesiae praepositus est : additis copiis e Vitelliano exercitu , quem spargi per provincias , et externo bello illigari , pars consilii , pacisque erat.*

*Neceterae nationes silebant. Subita per Pontum arma barbarum mancipium , regiae quondam classis praefectus , moverat : is fuit Anicetus Polemonis libertus praepotens olim , et postquam regnum in for-*



qual, habiéndose visto en gran crédito para con su Señor, no podía sufrir la mudanza que habia hecho aquel reyno en forma de provincia. Y así, recogidas debaxo de la sombra de Vitelio las gentes que habitan junto á Ponto, y engañados con la esperanza de la presa los mas necesitados, viéndose cabeza de una multitud no despreciable, asaltó de improviso á Trapisonda, ciudad muy antigua, y edificada por los Griegos, á la boca del mar mayor. Fué degollada allí la cohorte que solia servir de guarnicion á los Reyes: mas hechos despues ciudadanos Romanos, retenian las banderas y las armas á nuestro modo, continuando el ser vanos y negligentes al uso Griego. Puso tambien fuego á la armada, señoreando seguramente todo aquel mar, por haber Muciano recogido en Bizancio las mejores liburnicas, con toda la soldadesca.

Discurrían aquellos barbáros con mayor desprecio, despues que arrebatadamente fabricáron ciertos baxeles llamados cámaras, que tienen los costados estrechos, y el ventre ancho, juntos, sin elevacion de hierro, ó de otro metal: la cumbre de los quales, quando la mar se altera, cierran con ta-

---

*nam provinciae verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitelli nomine adscitis gentibus, quae Pontum accolunt, corrupto in spem rapinarum egentissimo quoque, haud temendae manus ductor, Trapezuntem vetustam Asiae civitatem, a Graecis in extremo Ponticae orae conditam subitus irrupit. Caesa ibi cohors; regium auxilium olim: mox donati civitate Romana, signa, armaque in nostrum modum; desidiam, licentiamque Graecorum retinebant. Classi quoque faces intulit, vacuo mari eludens, quia lectissimas liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat.*

Quin, et barbari contemptim vagabantur, fabricatis repente navibus, quas cameras vocant, artis lateribus, lata alvo, sine vinculo aeris aut ferri connexa; et tumido mari, prout fluxus attolitur, summa navium tabulis augment, donec in modum tecti claudantur. Sic in-

blas hasta que la ponen en figura de techo. De esta manera van dando vueltas entre las ondas: usan de proa, no menos detras que delante, y mudan la chusma quando quieren, pudiendo indiferentemente y sin peligro abordar tanto de una parte como de otra.

Movió este accidente á Vespasiano á enviar los vexilarios <sup>1</sup> de las legiones á cargo de Viridio Gemino, valeroso soldado. El qual asaltando al enemigo desproveido, y por la codicia de la presa desordenado y vagabundo; le hace retirar á las naves: y fabricadas á prisa algunas liburnicas, pudo alcanzar á Aniceto en la boca del rio Cohibo, asegurado allí de la proteccion del Rey Sedoquezoro, á quien habia metido en la liga, con presentes y con dineros. Quiso el Rey al principio con amenazas y con armas defender á su confederado Aniceto: mas al partido que se le hizo de premio ó de guerra, (como es fragil la fe de los barbáros) pactada la muerte del rebelde, lo entregó en compañía de todos aquellos fugitivos, con que se puso fin á la guerra servil.

Muy alegre estaba por esta victoria Vespasiano, sucedién-

ter undas volvuntur, pari utrumque proa, et mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est.

Advertit ea res Vespasiani animum, ut vexillarios e legionibus, ducesque Viridium Geminum spectatae militiae deligeret. Ille incompotitum et praedae cupidine vagum hostem adortus, coegit in naves: effectisque raptim liburnicis, assequitur Anicetum in ostio fluminis Cohibi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio, quem pecunia, donisque ad societatem perpulerat. Ac primo rex minis, armisque supplicem tueri postquam merces prodicionis, aut bellum ostendebatur; fluxa, ut est Barbaris, fide, pactus Aniceti exitium, perfugas tradidit, belloque servili finis impositus.

Laetum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus,

<sup>1</sup> Vexilarios eran soldados jubilados, sin otra obligacion que de asistir en las banderas y pelear.

dole todo mas felizmente de lo que sabia desear; quando le sobrevino en Egipto la nueva de la batalla de Cremona. Esto le hizo apresurar el viage de Alexandria, deseando tras aquel buen suceso apretar tambien con la hambre á Roma, menesterosa de provisiones extrangeras. Porque él tenia determinado de acometer por mar á la provincia de Africa, situada en la misma costa: para que, cerrados de todo los pasos á las vituallas, sintiesen los enemigos los daños y las discordias que suele traer consigo la necesidad.

§. IX. Mientras la fortuna del Imperio pasaba con esta conmoción universal, no se gobernaba Primo Antonio con tanta modestia despues del suceso de Cremona, pareciéndole haber cumplido ya con la guerra, y que lo demas le era facil: si ya no es de creer, que en un hombre de tal naturaleza iba descubriendo la felicidad, la avaricia, la soberbia, y los demas defectos ocultos. Porque él hollaba á Italia, como á provincia conquistada por las armas; acariciaba como suyas las legiones; y con palabras y con hechos se iba haciendo camino á la grandeza y al poder; y por ir haciendo mas libres y disolutos á los soldados, ofrecia á las legiones la eleccion de los Centuriones muertos, hallándose con aquel voto elegidos los mas sediciosos.

---

Cremonensis praetii nuntius in Aegypto assequitur. Eo properantius Alexandriam pergit, ut fracto Vitellii exercitu, urbem quoque externae opis indigam famae urgeret. Namque, et Africam, eodem latere sitam, terra, marique invadere parabat, clausis annonae subsidiis, inopiam ac discordiam hosti factururus.

§. IX. Dum hac totius orbis mutatione fortuna imperii transit, Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat: satisfactum bello ratus et cetera ex facili; seu felicitas in tali ingenio avaritiam, superbiam, ceteraque occulta mala patefecit. Ut captam Italiam persultare; ut suas legiones colere; omnibus dictis, factisque viam sibi ad potentiam struere: utque licentia militem imbueret, interfectorum centurionum ordines, legionibus offerebat: eo suffragio turbidissimus quisque delecti.

No estaba mas el soldádo sujeto al Capitan: el Capitan sí que era llevado de la violencia militar; cuya semilla de sedicion, y corruptela de disciplina la convertian todos en robos; no temiendo de Muciano que venia, puesto que era mas peligroso el despreciarle á él, que á Vespasiano.

Mas acercándose el invierno, y comenzando el Pó á inundar los campos, marchó la gente suelta, habiendo dexado en Verona las banderas y las águilas de las legiones vencedoras, con los soldados heridos, ó débiles por la edad, y muchos tambien sanos; juzgando que bastaban (estando ya fenecida la guerra) las cohortes, con los caballos auxiliarnos y la gente escogida de las legiones. Añadióse la legion undécima, que entreteniéndose al principio, habiendo visto despues suceder las cosas prósperamente, se dolia de no haberse hallado en ellas. Seguian seis mil Dalmatas, levantados nuevamente, á cargo de Popeo Silvano, varon Consular, aunque la resolucion de las cosas dependia de Anio Baso, Legado de una legion: el qual, socolor de obediencia, hallándose siempre pronto, con destreza y diligencia en los negocios, gobernaba del todo á Silvano, hombre de poco en la guerra, y que gastaba en palabras el tiempo de la execucion. Entre estas gentes se recibieron

*Nec miles in arbitrio ducum, sed duces militari violentia trahentur. Quae seditiosa, et corrumpendae disciplinae, mox in praedam vertebat, nihil adventantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat, quam Vespasianum sprevisse.*

*Ceterum propinqua hieme et humentibus Pado, campis, expeditum agmen incedere. Signa, aquilaeque victricium legionum, milites vulneribus, aut aetate graves, plerique etiam integri, Veronae relicti: sufficere cohortes, alaeque, et e legionibus lecti, profligato iam bello videbantur. Undecima legio sese adiunxerat, initio cunctata, sed prosperis rebus, anxia quod defuisset. Sex millia Dalmatarum, recens delectus, comitabantur. Ducebat Poppaeus Silvanus consularis: vis consiliorum penes Annum Bassum, legionis legatum: is Silvanum socordem bello, et dies rerum verbis terentem, specie obsequii regebat, ad*

también los mejores de la armada de Ravena, que pidieron el ser escritos entre las legiones; habiendo suplido á la armada con parté de la gente levantada en Dalmacia.

El ejército y los Capitanes hicieron alto en Fano, para tratar la suma de las cosas, habiendo entendido que eran partidas de Roma las cohortes Pretorias, y creyendo que estaban tomados los pasos del Apenino; hallándose ellos en país gastado de la guerra, trabajados de la carestia y de las voces de los soldados, que pedian el clavario, (este es nombre de una suerte de donativo) sin haber hecho provision de granos ni de dineros, haciendo mayor el desorden, la impaciencia y la codicia de los que quitaban por fuerza lo que pudiesen tener por amor.

Tengo relacion de autores de mucha estima, que fué tal en aquel tiempo el poco respeto y menosprecio de lo justo y de lo honesto, que un caballo ligero, alabándose de haber muerto en la última faccion á un hermano suyo, pidió el premio á los Capitanes: mas no permitiendo la justicia humana que se honrase aquel homicidio, ni la razon de la guerra que se castigase, difirieron la resolucion como de cosa merecedora

---

*omniaque, quae agenda forent, quieta cum industria aderat. Ad has copias, e classicis Ravennatibus legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti: classem Dalmatae supplevere.*

*Exercitus, ducesque ad Fanum Fortunae iter sistunt, de summa rerum cunctantes, quod motas ex urbe praetorias cohortes audierant, et teneri praesidiis Apenninum rebantur: et ipsos in regione bello attrita, inopia et seditiosae militum voces terrebant, Clavarium (donativi nomen est) flagitantium: nec pecuniam, aut frumentum providerant: et festinatio, atque aviditas praepediebant, dum quae accipi poterant, rapiuntur.*

*Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus adversus fas, nefasque irreverentiam fuisse, ut gregarius eques, occisum a se proxima acie fratrem professus, praemium a ducibus petierit. Nec illis, aut honorare eam caedem, ius hominum, aut ulcisci, ratio belli permit-*

de mayor premio, de la que por entónces (tan de repente) se le podia dar, ni se habló mas de este caso. Sucedió tambien el mismo exceso en las primeras guerras civiles. Porque en la batalla del Janiculo contra Cina, (como escribe Sisena) un soldado Pompeyano mató á su hermano; y despues conocida la maldad, se mató á sí mismo: tan poderosos eran acerca de los antiguos el premio de la virtud, y el arrepentimiento del yerro. Estas y otras cosas semejantes, sacadas de las memorias antiguas, por exemplo del bien ó consuelo del mal, no dexaré de contarlas quando vengan á propósito.

Resolviéron Antonio y los otros Capitanes de enviar delante caballos á reconocer la Umbria, para ver si por alguna parte podian penetrarse los Apeninos, y de hacer venir de Verona las águilas y las banderas, con los soldados que allí habian quedado; haciendo por el Pó y por la mar correr las virtuallas. Habia entre los Capitanes algunos que buscaban ocasion de diferir: porque habiéndose ya hecho insufrible Antonio, esperaban mas seguro gobierno de Muciano.

El qual, ansioso de tan acelerada victoria, y pareciéndole

tebat. Distulerant tanquam maiora meritum, quam quae statim exsolverentur: nec quidquam ultra traditur. Ceterum, et prioribus civium bellis, par scelus inciderat: nam praelio, quo apud Ianiculum adversum Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore, seipsum interfecit, ut Sisenna memorat: tanto acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis poenitentia fuit. Sed haec, aliaque ex veteri memoria petita, quotiens res, locusque exempla recti, aut solatia mali poscet, haud absurde memorabimus.

Antonio, ducibusque partium, praemitti equites, omnemque Umbriam explorari placuit, si qua Apennini iuga clementius adirentur: acciri aquilas, signaque, et quidquid Veronae militum foret: Padumque et mare, commeatibus compleri. Erant inter duces, qui neciterent moras, quippe nimius iam Antonius, et certiora ex Muciano sperabantur.

Namque Mucianus tam celeri victoria anxius, et ni praesens urbe

que si no se hallaba á la presa de Roma, no le alcanzaria parte alguna en la gloria de aquella guerra, escribia á Primo y á Varo con mucho artificio, que era bien seguir el curso de la victoria, discurriendo por otra parte del provecho de diferir; acomodándose de manera en el estilo, que segun el evento de las cosas, se pudiese colegir, que por su orden se habian evitado las adversas, y encaminado las prósperas. Escribiendo despues mas abiertamente á Plocio Grifo, puesto poco antes por Vespasiano en el orden Senatorio, y al gobierno de una legion, y á los demas sus confidentes, los quales todos volviéron á escribir interpretando siniestramente la prisa de Antonio y de Varo, loando todo lo que resolviese Muciano: y enviadas estas cartas á Vespasiano, causaron, que no eran despues tan aceptos los consejos y las acciones de Antonio como él esperaba. Sufria esto con impaciencia Antonio, é inculpaba de ello á Muciano, por cuyos ruines oficios decia haberse aumentado sus peligros; no pudiéndose abstener de decir mal; hombre largo de lengua, y no acostumbrado á ser inferior.

Escribió á Vespasiano, jactándose con mayor altivez de lo que se sufría con el Príncipe, no sin calumniar cubierta-

potiretur expertem se belli, gloriaeque ratus, ad Primum et Varum media scriptitabat, instandum coeptis, aut rursus cunctandi utilitates edisserens; atque ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret, vel prospera agnosceret. Plotium Griphum, nuper ab Vespasiano in senatorium ordinem additum, ac legioni praepositum, ceterosque sibi fidos, apertius monuit. Iique omnes, de festinatione Primi ac Vari sinistre, et Muciano volentia rescripsere. Quibus epistolis Vespasiano missis, effecerat, ut non pro spe Antonii, consilia, factaque eius aestimarentur. AEgre id pati Antonius, et culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus evluissent pericula sua: nec sermonibus temperabat, immodicus lingua, et obsequii insolens.

Litteras ad Vespasianum composuit, iactantius, quam ad princi-

mente á Muciano, diciendo : «que él habia hecho tomar las armas á las legiones de Panonia: que incitados y persuadidos por él , se habian movido los Capitanes de Misia que por medio de su constancia se atravesáron los Alpes , se ocupó Italia , se cerró el paso á los socorros de la Germania y de la Retia : que primero con el encuentro de los caballos , y despues con el valor de sus infantes habia peleado continuamente un dia y una noche, roto las legiones Vitelianas , generosísima accion y obra de sus manos : que del caso de Cremona se debia echar la culpa á la guerra ; pues era cierto, que las antiguas discordias entre ciudadanos se habian acabado con mayor daño de la República y ruina de mas ciudades : que no servia á su Emperador con mensageros ni con cartas, sino con el cuerpo y con las armas ; no pretendiendo por esto perjudicar á la gloria de los que entre tanto se habian ocupado en acomodar las cosas de Asia : que aquellos habian tenido zelo de la paz de Misia , y el de la salud y seguridad de Italia : que por sus exhortaciones , las Galias y las Españas (partes las mas principales del mundo) se habian declarado por Vespasiano. Mas que sin embargo, le saldrian vanos todos sus trabajos , si el premio de tantos peligros se daba

---

*pem, nec sine occulta in Mucianum insectatione : «se Pannonicas legiones in arma egisse, suis stimulis excitos Misiae duces: sua constantia pruruptas Alpes : occupatam Italiam : intersepta Germanorum, Rhaetorumque auxilia. Quod discordes, dispersasque Vitellii legiones equestri procella ; mox peditum vi, per diem, noctemque fudisset, id pulcherrimum, et sui operis. Casum Cremonae bello imputandum : maiore damno, plurium urbium excidiis, veteres civium discordias reipublicae stetisse. Non se nuntiis neque epistolis, sed manu et armis imperatori suo militare: neque officere gloriae eorum, qui Asiam interim composuerint : illis Moesiae pacem, sibi salutem, securitatemque Italiae, cordi fuisse. Suis exhortationibus Gallias, Hispaniasque validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. Sed cecidisse in irritum labores, si praemia periculorum soli assequantur, qui*



al que los había mirado de talanquera." Tuvo noticia de todo Muciano ; y de aquí nacióron graves rencores, alimentados de Antonio con mas libertad, aunque de Muciano con mayor astucia, y por esto mas implacables.

§. X. Vitelio, arruinadas sus cosas en Cremona, teniendo ocultos los avisos de aquella rota, con necia disimulacion iba antes difiriendo los remedios, que la enfermedad. Porque si la hubiera confesado y pedido consejo, pudiera ser que no le faltaran esperanzas, ni fuerzas : donde por el contrario fingiendo las cosas prósperas, con esta falsedad hacia mas grave la dolencia.

Era cosa de admiracion el ver que cerca de él no se podía hablar cosas de guerra : y el haber prohibido lo mismo en la ciudad, era causa de que se hablase mucho mas : y los que, quando se permitiera, hubieran contado la verdad, por solo que se les vedaba, divulgaban cosas mas atroces. Ni les faltaba á los Capitanes enemigos arte para aumentar la fama con volver á enviar las espías Vitelianas que se prendian, haciéndoles ver primero por menudo las fuerzas de aquel ejército victorioso : á todas las quales mandó matar Vitelio despues de haberlas exâminado secretamente.

*periculis non affuerint." Nec fefellerent ea Mucianum: inde graves simultates: quas Antonius simplicius; Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat.*

§. X. At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala differebat. Quippe confitenti, consultantique supererant, spes, viresque: cum e contrario laeta omnia fingeret, falsis ingravescebat.

Mirum apud ipsum de bello silentium: prohibiti per civitatem sermones, eoque plures: ac si liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec duces hostium augendae famae deerant, captos Vitellii exploratores, circumductosque, ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo: quos omnes Vitellius secreto percunctatus, interfici iussit.

Julio Agreste, Centurion de señalada fe, despues de muchos razonamientos pasados en yano con Vitelio, para incitarle á mostrar valor, le induxo á enviarle á él mismo á reconocer las fuerzas del enemigo, y lo sucedido en Cremona: el qual, sin tentar de engañar á Antonio con espiar á escondidas, le descubrió libremente su deseo y la orden del Emperador, y le pidió que se lo dexase ver todo. Envió Antonio con él quien le mostrase el lugar de la batalla, las ruinas de Cremona, y las legiones vencidas.

Volvió Agreste á Vitelio, y no queriéndole creer que era verdad lo que le referia, imputándole á más de esto de que venia ya sobornado; pues que es necesario, dixo, dar buenas señas, y cierto que no te puede aprovechar de otra cosa mi muerte ó mi vida, yo las daré tales, que no te quede ocasión de ponerlo en duda: y partiéndose, con la muerte voluntaria confirmó su relacion. Quieren algunos que fué muerto por orden de Vitelio, refiriendo lo mismo de su fé y de su constancia.

Vitelio, como despertando de un sueño, mandó á Julio Prisco y á Alfeno Varo, que con catorce cohortes Pretorias

Notabili constantia centurio Iulius Agrestis, post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas, quaeque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed mandata imperatoris, suumque animum professus, ut cuncta videret, postulat. Missi, qui locum praeliis, Cremonae vestigia, captas legiones ostenderent.

Agrestis ad Vitellium remeavit, abnuntique vera esse quae referret, atque ultro corruptum arguenti; quandoquidem, inquit, magno documento opus est, nec alius iam tibi aut vitae, aut mortis meae usus, dabo, cui credas: atque ita digressus, voluntaria morte dicta firmavit. Quidam iussu Vitellii interfectum, de fide, constantiaque eadem tradidere.

Vitellius, ut e somno excitus, Iulium Priscum, et Alphenum Va-

y toda la caballería tuviesen guardados los Apeninos. Seguidos tambien por la legion de la armada. Tantos millares de gente de guerra, tanta gente escogida de infantes y caballos, si tuvieran otro Capitan, eran fuerzas bastantes para investir al enemigo. El resto de las cohortes consignó á Lucio Vitelio, su hermano, para la guardia de Roma.

El, no dexando un punto de sus acostumbrados vicios y superfluidades, y apresurándose por la desconfianza, solicitaba los Comicios, queriendo declarar Cónsules por muchos años, renovár las ligas á los confederados, dar á los extrangeros la naturaleza del Lacio, remitir á estos los tributos, conceder á aquellos exênciones, y finalmente, (sin pensamiento alguno de lo por venir) despedazar el Imperio.

Mas el vulgo corría tras la grandeza de los beneficios, comprándolos á fuerza de dinero los necios, y teniendo los discretos por vanas y de mala data todas las cosas que no se podian dar ni recibir con salud de la República.

Finalmente, haciendo instancia el ejército alojado en Bevaña, con gran acompañamiento de Senadores, llevados quien

rum, cum XIV. praetoriis cohortibus, et omnibus equitum alis obsidere Apenninum iubet. Secuta e classicis legio. Tot millia armatorum, lecta equis, virisque, si alius dux foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceterae cohortes, ad tuendam urbem L. Vitellio fratri datae.

Ipse nihil e solito luxu remittens, et diffidentia properus, festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat: foedera sociis; Latium externis dilargiri: his tributa dimittere; alios immunitatibus iuvare: denique nulla in posterum cura, lacerare imperium.

Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: stultissimus quisque pecuniis mercabatur: apud sapientes cassa habebantur, quae neque dari, neque accipi, salva republica poterant.

Tandem flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, magno senatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahe-

por ambición, quien por temor, pasó Vitelio al campo, suspenso de ánimo, y obligado á consejos no fieles.

En el parlamento que hizo á los soldados (cosa prodigiosa) le voláron por encima una banda de pajarotes sucios tan espesos, que con aquella nube obscurecieron el dia. Siguió á este otro mal agüero. El toro, huido del altar, descompuso el aparato del sacrificio, y fué muerto bien lejos de donde se suelen ofrecer las víctimas. Pero sobre todos los prodigios, era señalado prodigio el mismo Vitelio: ignorante de las cosas de la guerra, sin juicio en las resoluciones, del orden del marchar, del modo de espiar al enemigo, del dar la batalla, y del retirarse, iba preguntando á los otros: en toda cosa nuevo, á toda nueva medroso y pálido, y á la postre borracho. A lo último, enfadado de estar en el campo, sabida la rebelion de la armada de Miseno, se volvió á Roma; espantado siempre mas de toda fresca herida, sin cuidar del peligro mayor. Porque quando estaba en su mano pasar el Apennino, y con las fuerzas enteras de su ejército asaltar al enemigo, cansado del invierno y de la hambre, dividiendo la gente, envió á la carniceria y á las cadenas aquellos soldados va-

bat: in castra venit, incertus animi, et infidis consiliis obnoxius.

Concionanti (prodigiosum dictu) tantum foedarum volucrum supervolitavit, ut nube atra diem obtenderent. Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus, disiecto sacrificii apparatu, longe, nec ubi feriri hostias mos est, confossus. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiae, improvidus consilii: quis ordo agminis, quae cura explorandi, quantus urgendo, trahendove bello modus, alios rogitans; et ad omnes nuntios vultu quoque, et incessu trepidus; dein temulentus. Postremo toedio castrorum, et audita defectione Misensis classis, Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. Nam cum transgredi Apenninum integro exercitus sui robore, et fessos hieme, atque inopia hostes aggredi, in aperto foret; dum dispergit vires, acerrimum militem, et usque in extrema obstinatum, trucidandum, capiendumque tradidit, peritissimis

lerosos, y fieles hasta lo último, contra el parecer de los Centuriones mas prácticos, los cuales, á ser preguntados, no calláran la verdad. Mas teníanlos apartados los amigos de Vitelio, habiendo acomodado de suerte los oídos del Príncipe, que le fuesen desagradables las cosas útiles, y solamente de gusto las dañosas.

§. XI. A la armada de Miseno (tanto vale en las discordias civiles el atrevimiento de uno solo) hizo rebelar á Vitelio Claudio Faventino, Centurion, reformado ya vergonzosamente por Galba, mostrando con cartas fingidas de Vespasiano el premio de su alevosía. Era Capitan de la armada Claudio Apolinar, ni constante en la fe, ni valeroso en la traicion. Con que Apinio Trion, que habia sido Pretor, y que acaso se hallaba entónces en Minturno, se ofreció por cabeza á los rebeldes. Por los cuales fuéron tambien attaidos los municipios y las colonias con particular inclinacion de los de Puzol á Vespasiano, como de los de Capua á Vitelio: desfogando entrambos pueblos con ocasion de la guerra civil su propia emulacion. Vitelio, por mitigar los ánimos de aquellos soldados, envió á Claudio Juliano, (habia este goberna-

centurionum dissentientibus, et si consulerentur, vera dicturis. Arcuerre eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis principis auribus, ut aspera, quae utilia, nec quidquam nisi iucundum, et laesurum acciperet.

§. XI. Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Faventinus centurio, per ignominiam a Galba dimissus, ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistolis pretium prodicionis ostentans. Praeerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans, neque strenuus in perfidia: et Apinius Tiro praetura functus, ac tum forte Minturnis agens, ducem se defectoribus obtulit: a quibus municipia, coloniaeque impulsae, praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio; contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. Vitellius Claudium Iulianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexe-

do aquella armada apaciblemente) con una cohorte urbana, y los Gladiadores de que era Prefecto. Mas en acercándose los éxércitos, no tardó Juliano en pasarse al bando de Vespasiano, apoderándose de Terracina, lugar fuerte, mas por la comodidad del sitio, que por su vigilancia ó industria.

Lo que sabido por Vitelio, dexando en Narni una parte de la gente, con el Prefecto del Pretorio, envió á su hermano Lucio Vitelio con seis cohortes, y quinientos caballos para oponerse á la guerra que comenzaba en Campania.

El, de ánimo enfermo, se consolaba solo con el favor de los soldados y con las voces del pueblo que pedian las armas, miéntras con falsa semejanza llamaba éxército y legiones al vulgo vil, cuyo atrevimiento no pasa mas allá de las voces. Exhortado de los libertos, (porque de los amigos, quanto mas de valor, fiaba menos) hizo juntar las Tribus; y dados los nombres, prestáron el juramento militar. Sobraba la multitud; y así se repartió entre los Cónsules el cargo de escoger los soldados. Quiso de los Senadores un número de esclavos, y

rat) permulcendis militum animis delegit: data in auxilium urbana cohors, et gladiatores, quibus Iulianus praeerat. Ut collata utrimque castra; haud magna cunctatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracina occupavere, moenibus, situque magis, quam ipsorum ingenio tutam.

Quae ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniae cum praefectis praetorii relictis, L. Vitellium fratrem, cum sex cohortibus et quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello opposuit.

Ipse aeger animi, studiis militum et clamoribus populi arma poscentis refovebatur: dum vulgus ignavum, et nihil ultra verba ausurum, falsa specie, exercitum et legiones appellat. Hortantibus libertis (nam amicorum eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari tribus iubet. Dantes nomina sacramento adigit: superfluente multitudine, curam delectus in consules partitur. Servorum numerum et pon-

un peso de plata por cada uno: ofreciéron los caballeros sus personas y su dinero, obligándose voluntariamente á lo mismo tambien los libertinos. Aquella disimulacion le dió á entender, que procedian de afecto los oficios hechos por temor; habiendo muchos que no se lastimaban tanto de Vitelio, quanto del caso en sí, y del oficio de Príncipe. Ni se descuidaba el de moverlos á piedad con el rostro, con las palabras y con lágrimas; no solo largo en sus promesas, (como es propio de los que temen) pero desmoderado en ellas. Y lo que es mas, quiso ser llamado Cesar, habiéndolo menospreciado antes, por supersticion de aquel nombre entónces, y porque en semejantes temores se oyen igualmente los consejos de los sábios y los rumores del vulgo.

Mas así como todas las cosas, comenzadas con ímpetu desconsiderado, son en sus principios fuertes, y con el tiempo se debilitan, asimismo los Senadores y caballeros comenzaron poco á poco á irse retirando de su presencia lentamente al principio, y quando él estaba ausente; despues á la descubierta, medrosos y dolientes del peligro, hasta que Vitelio, por vergüenza de una empresa tentada en vano, dexó de querer lo que no se le daba.

---

*du argentii senatoribus indicit: equites Romani obtulere operam, pecuniasque, etiam libertinis idem munus ultro flagitantibus. Ea simulatio, officii metu profecta, verterat in favorem. Et plerique, haud perinde Vitellium, quam casum, locumque principatus miserabantur: nec deerat ipse vultu, voce, lacrimis, misericordiam elicere: largus promissis, et, quae natura trepidantium est, immodicus. Quin, et Caesarem se dici voluit, aspernatus antea: sed tunc, superstitione nominis, et quia in metu consilia prudentium, et vulgi rumor iuxta audiuntur.*

*Ceterum, ut omnia inconsulti impetus coepta, initiis valida, spatio languescunt, dilabi paullatim senatores, equitesque, primo cunctanter, et ubi ipse non aderat; mox contemptim, et sine discrimine, donec Vitellius pudore irriti conatus, quae non dabantur remisit.*

Así como la salida de Vitelio á Bevaña habia atemorizado á Italia, como si entónces volviera á renacer la guerra, así sin ninguna duda su retirada con tanta vileza aumentó reputacion al bando Flaviano; enagenándose á los Samnites, á los Pelinos, y á los Marsos, que con emulacion de haber sido prevenidos por los de Campaña, se comenzaron á mostrar prontísimos para todas las necesidades de la guerra, como acontece en las nuevas amistades.

Mas el trabajo que el ejército tuvo en atravesar el Apennino, á causa del rigor del invierno y el embarazo de las nieves, bastante á negar el paso á gente suelta y sin recelo, mostraron el peligro á que se puso, si no hubiera sido llamado Vitelio á otra parte por la fortuna; la qual no favoreció menos veces á los Flavianos, que su prudencia. Encontraron allí á Petilio Cerial, que, vestido en hábito de villano, y plático en el pais, habia escapado de las guardias de Vitelio. Tenia Cerial estrecho deudo con Vespasiano, y habia adquirido reputacion en la guerra; y á esta causa fué recibido entre las Cabezas.

Escriben muchos, que se hubieran podido huir tambien

Ut terrorem Italiae possessa Mevania, ac velut renatum ex integro bellum intulerat: ita, haud dubium erga Flavianas partes studium, tam pavidus Vitellii discessus addidit. Erectus Samnis, Pelignusque, et Marsi annulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio ad cuncta belli munia acres erant.

Sed foeda hieme per transitum Apennini conflictatus exercitus: et vix quieto agmine nives eluctantibus, patuit quantum discriminis ad eundum foret, ni Vitellium retro fortuna vertisset: quae Flavianis ducibus non minus saepe quam ratio affuit. Obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu, et notitia locorum custodias Vitellii elapsum. Propinqua affinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae: eoque inter duces assumptus est.

Flavio quoque Sabino, ac Domitiano patuisse effugium, multi tra-



Flavio Sabino y Domiciano, habiéndoles avisado Antonio por mensajeros que pudieron llegar á ellos con varias disimulaciones, de la parte por donde se podian salvar, y de la gente que hallarian para poderlo hacer con seguridad. Disculpóse Sabino con su poca salud, incapaz de trabajos, y agena de atrevimientos. A Domiciano no le faltaba ánimo; mas no se fiaba de las guardias que le tenian. Vitelio, por intereses de sus parientes no se mostraba de mal ánimo contra Domiciano.

Llegados á Carsole los Flavianos, reposáron allí algunos días, hasta que les alcanzaron las águilas y las banderas de las legiones; agradándoles aquel sitio vistoso, y eminente y cómodo para las vituallas, por tener á las espaldas muchos y buenos lugares de donde proveerse. Esperaban tambien, con ocasion de tener á los Vitelianos distantes menos de tres leguas, el conferir con ellos, y persuadirles la traicion. Oían esto con poco gusto los soldados, á quien agradaba mas la victoria, que la paz; ni aun á sus propias legiones querian aguardar, pareciéndoles mas dañosa su compañía para la presa, que necesaria para evitar los peligros.

didere. Et missi ab Antonio nuntii, per varias fallendi artes penetrabant, locum ac praesidium monstrantes. Sabinus inhabilem labori et audaciae valetudinem caussabatur: Domitiano aderat animus: sed custodes a Vitellio additi, quamquam se socios fugae promitterent, tanquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat.

Duces partium, ut Carsulas venere, paucos ad requiem dies sumunt, donec aquilae, signaque legionum assequerentur: et locus ipse castrorum placebat, late prospectans: tuto copiarum aggestu: florentissimis pone tergum municipiis: simul colloquia cum Vitellianis decem millium spatio distantibus, et proditio sperabatur. AEgre pati miles, et victoriam malle, quam pacem: ne suas quidem legiones operiebantur, ut praedae, quam periculorum socias.

Por lo qual, llamándolos al parlamento Antonio, les advirtió, de que Vitelio tenia todavía buenas fuerzas, poco estables si se les daba tiempo de pensar, y de momento en la desesperacion: que se permite el encomendar á la fortuna los principios de las guerras civiles; mas que la victoria se perfecciona con la razon y con el consejo. Háseles rebelado, decia, la armada de Miseno, con todas aquellas amenísimas riberas de Campaña, sin que de todo el mundo le quede á Vitelio otra cosa, que lo que hay entre Narni y Terracina. Hemos adquirido harta reputacion con la batalla de Cremona, y no ménos aborrecimiento con su ruina; no deseamos ahora mas tomar á Roma por fuerza, que conservarla. Mayores serán los premios, y mucho mas noble la reputacion, si ven que procuramos sin sangre la salud del Senado y pueblo Romano.

Mitigados los ánimos con estas y semejantes palabras, llegaron poco despues las legiones; con que, espantadas las cohortes Vitelianas, medrosas del aumento y reputacion del ejército enemigo, comenzaron á blandear en la fe, no habiendo quien las exhortase á seguir la guerra, y aconsejándoles mu-

Vocatos ad concionem Antonius docuit: esse adhuc Vitellio vires, ambiguas, si deliberarent; acres si desperassent. Initia bellorum civilium fortunae permittenda; victoriam consiliis, et ratione perfici. Iam Misenensem classem, et pulcherrimam Campaniae oram descivisse: nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quam quod inter Tarracinam, Narniamque iaceat. Satis gloriae praelio Cremonensi partum et exitio Cremonae, nimium invidiae: ne concupiscerent Romanam capere potius, quam servare: maiora illis praemia, et multo maximum decus, si incolumitatem senatui, populoque Romano sine sanguine quaesissent.

His et talibus mitigati animi. Nec multo post legiones venere. Et terrore, famaue aucti exercitus, Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias, tur-

chos que se rindiesen; de los quales no faltaba quien procurase hacer un presente al vencedor de sus compañías de infantes y de las tropas de caballos, compitiendo en adquirir gracia y favor para lo por venir.

Estos mismos avisáron á los Flavianos de como estaban de presidio en Terni, situada en lo llano cerca de allí, quatrocientos caballos de Vitelio, contra los quales marchó luego Varro con gente escogida; y degollando algunos que hicieron rostro, los demas, arrojadas las armas, se rindiéron: y los pocos que se escapáron huyendo á su campo, lo hinchieron todo de temor, exágerando el número y valor de los enemigos para cubrir la vergüenza del perdido presidio. Acerca de los Vitelianos, no tenia lugar el castigo del mal, dándose en la otra parte entero cumplimiento á las promesas en premio de la traicion; y así solo se competia en infidelidad, huyéndose continuamente los Tribunos y Centuriones: porque los soldados ordinarios estuviéron siempre obstinados por Vitelio, hasta que Prisco y Alfeno, desamparado el campo, y vueltos á Vitelio, libráron á todos de la vergüenza y de la traicion.

En estos dias fué hecho morir en Urbino (donde esta-

---

*masque tradere, donum victori, et sibi in posterum gratiam, certabant. Per eos cognitum est, Interamnam proximis campis praesidio quadringentorum equitum teneri.*

*Missus ex templo Varus, cum expedita manu, paucos repugnantium interfecit: plures abiectis armis, veniam petivere: quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem, copiasque hostium, quo amissi praesidii dedecus lenirent. Nec ulla apud Vitellianos flagitii poena: et praemiis defectorum, vera fides, ac reliquum perfidiae certamen: crebra transfugia tribunorum, centurionumque: nam gregarius miles induruerat pro Vitellio: donec Priscus et Alphenus desertis castris ad Vitellium regressi, pudore proditionis cunctos exsolverent.*

*Isdem diebus Fabius Valens Urbini in custodia interficitur. Ca-*

ba preso) Fabio Valente. Mostróse la cabeza á las cohortes Vitelianas, por apartarlas de toda esperanza, habiendo hasta entónces creído, que pasado en Germania, trataba de juntar nuevos exércitos. El verle muerto acabó de ponerlos en desesperacion. Y el exército Flaviano reputó á la muerte (aunque cruel) de Valente por el fin de la guerra. Nació Valente en Añani, de familia de caballeros, de costumbres licenciosas, y de ingenio vivo, con el qual procuraba ganar nombre de agudo y de gracioso. En los juegos juveniles en tiempo de Neron, al principio como forzado, y despues voluntariamente, hizo del bufon, antes con artificio, que con gracia. Legado de una legion, favoreció y disfamó á Virgino; mató á Fonteyo Capiton, á quien persuadió la traicion, ó quizá porque no se la pudo persuadir. Fué traïdor á Galba, fiel á Vitelio, y á la postre le dió reputacion la infidelidad de los otros.

§. XII. Faltando pues las esperanzas por todas partes, resueltos los soldados Vitelianos en pasarse al otro bando, hasta esto hiciéron vergonzosamente. Porque traïdos en aquella llanura junto á Narni, con las armas y con las banderas, los

---

put eius Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem forent: nam pervasisse in Germanias Valentem, et veteres illic, nosque exercitus ciere credebant. Visa caede in desperationem versi: et Flavianus exercitus, immane quantum animo exitium Valentis, ut finem belli accepit. Natus erat Valens Anagninae aequestri familia, proci moribus, neque absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciviam petere: ludicro Juvenalium sub Nerone, velut ex necessitate: mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe. Legatus legionis, et fovit Verginium, et infamavit. Fonteium Capitonem corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit. Galbae proditor: Vitellio fidus, et aliorum perfidia illustratus.

§. XII. Abrupta undique spe Vitellianus miles transiturus in partes, id quoque non sine dedecore, sed sub signis, vexillisque in sub-

recibió allí el ejército Flaviano, puesto en batalla como para pelear, y con la ordenanza cerrada. Tomados en medio, y rodeados por los Flavianos, les habló Primo Antonio con mucha clemencia; ordenando despues, que una parte de ellos quedase en Terni, y la otra en Narni, junto con algunas de las legiones victoriosas, para total seguridad, si se mostrasen contumaces.

No faltaron en aquellos días Primo y Varo con continuos mensageros de ofrecer á Vitelio seguridad de la vida, dineros, y el pais de Campania para retirarse, si, dexadas las armas, ponian su persona y las de sus hijos en poder de Vespasiano.

Del mismo tenor recibió tambien cartas de Muciano, á las quales mostró muchas veces dar crédito Vitelio, llegado hasta tratar del número de los esclavos, y eleccion de lugares marítimos. Habíase hecho este hombre tan bestialmente descuidado, que á no acordarle otros que era Emperador, del todo se le hubiera pasado á él de la memoria.

Exhortaban los ciudadanos principales secretamente á Flavio Sabino, Prefecto de Roma, á entrar tambien él á la par-

iectos Narniae campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad praelium intentus, ornatusque, densis circa viam ordinibus adstiterat. Accepti in medium Vitelliani: et circumdatos, Primus Antonius clementer alloquitur: pars Narniae; pars Interamnae subsistere iussi: relictæ simul e victricibus legiones, neque quiescentibus graves, et adversus contumaciam validæ.

Non omisere per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis salutem, et pecuniam, et secreta Campaniæ, offerre Vitellio, si positis armis, seque ac liberos suos Vespasiano permisisset.

In eundem modum, et Mucianus composuit epistolas: quibus plerumque fidere Vitellius; ac de numero servorum, electione litorum loqui. Tanta torpedo invaserat animum, ut si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur.

At primores civitatis Flavium Sabinum præfectum urbi; secretis

te en la victoria y en la reputacion, diciéndole, que advirtiese que tenia de su parte por razon de su oficio las cohortes urbanas, y que no le faltarian las de guardia de noche: ni le podian faltar los esclavos de todos, la voz del bando, y la disposicion universal de favorecer al que vence: que no quisiese ceder de gloria á Antonio, y á Varo: que Vitelio, en contrario, tenia pocas cohortes, y aquellas amedrentadas de las malas nuevas que por todas partes les sobrevenian, el pueblo fácil á mudar de propósito; y quando él se resolviese en mostrarse cabeza, capaz de hacer las mismas demostraciones por Vespasiano: que Vitelio no era hombre para mantenerse en buena fortuna, quanto y mas debilitado en su propia ruina: que el mérito de fenecer la guerra seria de quien se apoderase de Roma. Y que no convenia menos á Sabino reservar el Imperio á Vespasiano, que á él el tener justa causa de estimar en mas que á todos á Sabino.

Oía él estos discursos con el ánimo poco dispuesto, como no apto por la vejez; imputándole algunos, que por ocultos respetos de envidia y emulacion, retardaba la fortuna de su hermano. Porque Flavio Sabino, mayor de edad, quando am-

*sermonibus incitabant, victoriae, famaepue partem capesseret: esse illi proprium militem cohortium urbanarum: nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum, fortunam partium, et omnia prona victoribus: ne Antonio, Varoque de gloria concederet. Pauca Vitellio cohortes, et moestis undique nuntiis trepidas: populi mobilem animum: et si se ducem praeuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore. Ipsum Vitellium, ne prosperis quidem parem: adeo ruentibus debilitatum. Gratiam patrati belli penes eum, qui urbem occupasset. Id Sabino convenire, ut imperium fratri reservaret: id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur.*

*Haud quaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta. Erant qui occultis suspicionibus incesserent, tanquam invidia*

bos á dos eran hombres privados , precedia de autoridad y de riquezas á Vespasiano : creyéndose á mas de esto , que sostuvo y ayudó su poco crédito con tomarle en prendas casas y posesiones. Tal , que aunque aparentemente se mostraban muy amigos , se dudaba que en secreto no habia mucha conformidad. Mas mejor interpretacion es creer que aquel buen viejo aborrecia la sangre y las muertes y que á esta causa trató tantas veces de paz con Vitelio , y antepuso el dexar las armas con algunas condiciones ; viéndose muchas veces juntos en sus casas , y ultimamente en el templo de Apolo , donde se concertaron , según se dixo.

Cluvio Rufo y Silio Itálico escucharon y oyeron las palabras : por los mas apartados se notaban los rostros ; el de Vitelio abatido , y como degenerando de su dignidad ; el de Sabino compasivo y nada arrogante , donde si Vitelio hubiera con tanta facilidad doblado la voluntad de sus amigos , como ya acomodado la suya , el ejército de Vespasiano entrara en Roma sin derramar sangre.

Mas todos sus confidentes vituperaban la paz y las capi-

et aemulatione fortunam fratris moraretur. Namque Flavius Sabinus aetate prior , privatis utriusque rebus , auctoritate , pecuniaque Vespasianum anteibat. Et credebatur affectam eius fidem praeiuisse , domo , agrisque pignori acceptis. Unde quamquam manente in speciem concordia , offensarum opperta metuebantur. Melior interpretatio : mitem virum abhorreere a sanguine et caedibus : eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace , ponendisque per conditionem armis agitare. Saepe domi congressi ; postremo in aede Apollinis , ut fama fuit , pepigere.

Verba , vocesque duos testes habebant , Cluvium Rufum et Silium Italicum. Vultus procul visentibus notabantur : Vitellii proiectus , et degener , Sabinus non insultans , et miseranti prior. Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius , quam ipse cesserat ; incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset.

Ceterum , ut quisque Vitellio fidus , ita pacem et condiciones abnue-

mulaciones, mostrando el peligro y la vergüenza; y que el mantenerlas quedaba en arbitrio del vencedor, diciendo: "que quando Vespasiano fuese tan soberbio, que sufriese á Vitelio, hombre privado, era cierto que no lo sufririan los vencidos mismos, ocasionándole nuevo peligro esta misericordia: que á la verdad, él era viejo, y debia estar cansado ya de las prosperidades y adversidades de la fortuna. Mas ¿con qué título, y en qué estado quedaría Germánico su hijo? Prometénle ahora dineros, gente de servicio, y los felices golfos de Campania. Mas en ocupando Vespasiano el Imperio, ni á él mismo, ni á sus amigos, y finalmente ni á los mismos ejercicios parecerá estar seguros hasta que muera el competidor. No han podido sufrir en prision á Fabio Valente, á quien fuera cordura guardar para en qualquier suceso; y Primo, y Fusco, y el principal fautor del otro bando Muciano, ¿estarán sin deseo de que muera Vitelio? No fué dexado vivir Pompeyo de Cesar, ni Antonio de Augusto; y ¿será de espíritu mas generoso Vespasiano, clientulo de Vitelio, miéntras Vitelio acompañaba en el consulado á Claudio? Antes, como conviene á uno que ha tenido á su padre Censor, tres con-

---

bant: "discrimen, ac dedecus ostentantes, et fidem in libidine victoris. Néc tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur: ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordia. Ipsum sane senem, et prosperis, adversisque satiatum. Sed quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam, et familiam, et beatos Campaniae sinus promitti: sed ubi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem, nisi extincto aemulatu reditionem. Fabium illis Valentem, captivum, et casibus dubiis reservatum, praegravem fuisse: nedum Primus ac Fuscus, et specimen partium Mucianus, ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. Non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos: nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitellii cliens, cum Vitellius collega Claudio foret. Quin,



sulados, y tantos honores en su noble linage, tome ánimo, aunque sea por desesperacion: que soldados le quedad, y el favor del pueblo. Finalmente no puede suceder cosa mas atroz, que á la que ahora nos arrojamus voluntariamente. Morir tenemos si somos vencidos, y morir tambien si nos entregamos: considérese ahora, si es mejor dar el último espíritu con escarnio y afrentas, ó con fortaleza de corazon.”

Estaban sordos á todo consejo generoso los oidos de Vitelio, quedando el ánimo oprimido de la compasion, y el pensamiento del cuidado de no dexar al vencedor menos placable á su muger y á sus hijos, si se resolvía con pertinacia en seguir la guerra. Tenia á su madre cansada ya de la vejez; la qual, con morir á buen tiempo, anticipó de pocos dias la ruina de su casa; no habiendo sacado otra cosa del Principado del hijo, que desconsuelos y buena fama.

§. XIII. A los diez y ocho de Diciembre, advertido Vitelio de que la legion y las cohortes que estaban en Narni se habian entregado al enemigo, salió de palacio vestido de luto, rodeado de su afligida familia, y llevaba consigo en su misma literilla á su hijo pequeñuelo, como en pompa fú-

ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur: perstare militem, superesse studia populi. Denique nihil atrocius eventurum, quam in quod sponte ruant: moriendum victis, moriendum deditis: id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant, an per virtutem.

Surdae ad fortia consilia Vitello aures. Obruebatur animus miseratione, curaque, ne pertinacibus armis, minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. Erat illi, et fessa aetate parens, quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevenit, nihil principatu filii assecuta, nisi luctum et bonam famam.

§. XIII XV. Kal. Ianuar. audita defectione legionis, cohortiumque, quae se Narniae dediderant, pullo amictu palatio degreditur, moesta circum familia. Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut

nebre : el pueblo con gritos alegres fuera de tiempo ; los soldados con silencio amenazador : y no habia ni era posible hallarse un hombre tan olvidado de las pasiones humanas, que dexára de conmoverse en tan gran espectáculo , viendo al Príncipe Romano poco antes Señor del mundo , desamparado el trono de su grandeza , por medio del pueblo , y por medio de la ciudad salir del Imperio ; cosa jamas oida ni vista.

Cesar fué oprimido de violencia repentina. Cayo, de secretas asechanzas : la noche y la casa en el campo no conocida escondieron la huida de Neron. Pison y Galbã, murieron como en batalla : mas Vitelio , en la junta del pueblo convocada por él , entre sus soldados , á vista tambien de las mugeres que le miraban de las ventanas , y diciendo algunas pocas palabras conforme á la presente miseria : que renunciaba el Imperio por amor de la paz y zelo de la República : que quisiesen solamente tener memoria de él , y piedad de su hermano , de su muger , y de la edad inocente de sus hijos. Y luego mostrando al hijuelo que tenia en los brazos , lo encomendaba ora á particulares , ora á todos en general ; hasta

*in funebrem pompam. Voces populi blandae et intempestivae : miles minaci silentio. Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor , quem non commoveret illa facies : Romanum principem , et generis humani paullo ante dominum relicta fortunae suae sede , per populum , per urbem , exire de imperio.*

*Nihil tale viderant , nihil audierant : repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat ; occultae Caium insidiae : nox et ignotum rus , fugam Neronis absconderant : Piso et Galba tanquam in acie cecidere : in sua concione Vitellius , inter suos milites , prospectantibus etiam feminis , pauca , et praesenti moestitiae congruentia locutus : cedere se pacis et Reipublicae causa : retinerent tantum memoriam sui , fratremque , et coniugem , et innoxiam liberorum aetatem miserarentur : simul filium protendens , modo singulis , modo universis commendans,*

que, impedido del llanto, sacándose del lado el puñal, le daba al Consul Cecilio Simplicio, que le estaba cerca, como renunciándole la autoridad de la vida y de la muerte de los ciudadanos. Mas no queriendo aceptarlo el Consul, y reclamando en contrario todo aquel concurso de gente, se partió como que queria despojarse solemnemente de las insignias del Imperio en el templo de la concordia, y de allí retirarse despues á casa de su hermano.

Levantáronse á esto mayores voces, resistiendo que no volviese á casa de hombre particular; y llamándolo á palacio, y habiendo cerrado el paso de la otra calle, dexaban abierto solamente el de la calle llamada Sacra. Entónces falto de con- cejo se vuelve.

Habia ya pasado voz que renunciaba el Imperio, y Flavio Sabino escrito á los Tribunos de las cohortes que refrenasen el furor de los soldados. Por lo qual, como si toda la República estuviera ya en poder de Vespasiano, los principales Senadores, y muchos caballeros con todos los soldados urbanos, y de la guardia de noche hinchieron la casa de Sabino.

postremo fletu praepediente, assistenti consuli (Caecilius Simplex erat) exsolutum a latere pugionem, velut ius necis, vitaeque civium, reddebat. Aspernante consule, reclamantibus, qui in concione adstiterant, ut in aede Concordiae positurus insignia imperii, domumque fratris petiturus, discessit.

Maior hic clamor obsistentium penetibus privatis, in palatium vocantium, interclusum aliud iter, idque solum, quod in sacram viam pergeret, patebat: tum consilii inops, in palatium rediit.

Praevenerat rumor, eiurari ab eo imperium: scripseratque Flavius Sabinus, cohortium tribunis, ut militem cohiberent. Igitur tanquam omnis Respublica in Vespasiani sinum cessisset, primores senatus, et plerique equestris ordinis, omnisque miles urbanus, et vigiles; domum Flavii Sabini compleverunt.

Donde, llegada poco despues la nueva del favor de la plebe y de los fieros de las cohortes Germánicas, se habia ya pasado tan adelante, que no era posible tornar atrás. Y así temiendo cada uno de sí mismo, y todos de enflaquecerse dividiéndose, y de ser acometidos en desorden por los Vitelianos, instaban á Sabino, que no difiriese mas el tomar las armas. Mas, como suele suceder en semejantes accidentes, de todos era dado este consejo, y pocos se ofrecian al peligro. Al baxar abaxo los armados que acompañaban á Sabino junto al lago Fondano, se encontraron con los mas atrevidos Vitelianos; donde, travada al improviso una pequeña escaramuza, quedáron superiores los de Vitelio.

Sabino, durante el tumulto, no ofreciéndosele por entonces partido mas seguro, se apoderó del Capitolio, seguido de los soldados que le acompañaban, y de algunos Senadores y caballeros: de los quales no se puede facilmente decir los nombres; porque quedando despues victorioso Vespasiano, fuéron infinitos los que fingieron tener este mérito mas con aquel bando. Encerráronse en aquel sitio tambien mugeres; entre las quales, de las mas nobles fué Ve-

*Illic de studiis vulgi, et minis Germanicarum cohortium affertur. Longius iam progressus erat, quam ut regredi posset: et suis quisque metu, ne disiectos, eoque minus validos, Vitelliani consecrarentur, cunctantem in arma impellebant. Sed quod in eiusmodi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumpserunt. Circa lacum Fundani, descendentibus, qui Sabinum comitabantur armatis, occurrunt promptissimi Vitellianorum. Modicum ibi praelium, improviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit.*

Sabinus re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit, mixto milite, et quibusdam senatorum, equitumque: quorum nomina tradere, haud promptum est, quoniam victore Vespasiano, multi id meritum erga partes simulavere. Subierunt obsidium etiam feminae: inter quas maxime insignis, Verulana Gracilia, ne-

rulania Gracilia, siguiendo, no los hijos ó parientes, sino la guerra.

Rodeáron los soldados Vitelianos á los sitiados con guardias tan poco cuidadosas, que pudo Sabino al primer sueño hacer venir á sus hijos al Capitolio y á Domiciano, hijo de su hermano: y despachados mensajeros por los lugares no guardados de enemigos á los Capitanes Flavianos, avisándolos de como estaban sitiados, y de la estrechura de las cosas, si no era presto socorrido. Pasó despues la noche con tanta quietud, que hubiera podido escaparse sin peligro.

Porque los soldados de Vitelio, puesto que, valerosos en los peligros, no eran muy aptos para los trabajos, ni gustaban de perder el sueño; y mas que sobreviniendo una recia lluvia al impreviso, les estorbaba el ver y oír lo que se hacia. Al hacer del dia, antes que se comenzasen unos y otros á tratar como enemigos, envió Sabino á Cornelio Marcial, uno de los Primipilares, con ciertas instrucciones, y á dolerse con Vitelio de que no se guardaban los conciertos. Que se echaba bien de ver, que el fingimiento de renunciar el Imperio habia sido para engañar á tantos hombres ilustres. Porque, ¿á

que propinquos, sed bellum secuta.

Vitellianus miles, custodia socordi clausos circumdedit, eoque, concubia nocte, suos liberos Sabinus, et Domitianum fratris filium, in Capitolium accivit. At Sabinus, misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio, qui circumsederi ipsos, et ni subveniretur, artas res nuntiaret. Noctem adeo quietam egit, ut digredi sine noxa potuerit.

Quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat: et hibernus imber repente fusus, oculos auresque impediabat. Luce prima Sabinus antequam invicem hostilia coeptarent, Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit, cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur. Simulationem prorsus, et imaginem deponendi imperii fuisse, ad decipiendos tot illustres viros. Cur enim e rostris fratris domum imminentem foro, et ir-

qué efecto querer ir de los Rostros á causa de su hermano, levantada sobre el Foro , propia para mover los ánimos populares , sino al Aventino á las propias casas de su muger? Que esto convenia á persona privada , y á quien quería huir de toda apariencia de Príncipe: donde, en contrario, Vitelio habia vuelto á palacio , y á la misma residencia del Imperio: Que habia enviado de allí esquadras de armados , cubriendo de cuerpos de inocentes la mas noble parte de Roma , sin abstenerse de sitiar el Capitolio : que él no se habia desnudado la toga , como uno de los demas Senadores , mientras con las batallas de las legiones, expugnaciones de las ciudades, entrega de las cohortes , se juzgaban las diferencias entre Vespasiano y Vitelio : á quien rebeladas las Españas , las Germanias , é Inglaterra ; el hermano de Vespasiano habia conservado la fe hasta ser llamado por Vitelio mismo para tratar las condiciones de la paz : que la paz y la concordia eran cosas provechosas á los vencidos , y solamente servian de lustre á los vencedores : que si se arrepentia de los conciertos , no quisiese ir con las armas con él , engañado con falta de fe , ni contra el hijo de Vespasiano , apenas entrado en la edad juvenil. ¿Qué honra ganaria con la muerte de un viejo y de

---

*ritandis hominum oculis , quam Aventinum et penates uxoris petisset ? Ita privato , et omnem principatus speciem vitanti , convenisse : contra Vitellium in palatium , in ipsam imperii arcem regressum : inde armatum agmen emissum : stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem : ne Capitolio quidem abstineri. Togatum nempe se , et unum e senatoribus , dum inter Vespasianum ac Vitellium praeliis legionum , captivitatibus urbium , deditioibus cohortium iudicatur. Iam Hispaniis , Germanisque , et Britannia , desciscentibus , fratrem Vespasiani mansisse in fide , donec ultro ad condiciones vocaretur. Pacem et concordiam victis utilia ; victoribus tantum pulchra esse. Si conventionis poeniteret : non se , quem perfidia deceperit , ferro peteret , non filium Vespasiani vix puberem : quantum occisis uno sene , et uno*

un muchacho? Que se opusiese á las legiones, y pelease allí por la suma de las cosas, que conforme al suceso de la batalla se acomodaria despues todo lo demas.

Espantado de estas cosas Vitelio, se escusó con pocas palabras, inculpando á los soldados, á cuya excesiva aficion no podian poner freno sus buenos intentos. Y advirtió á Marcial, de que pasase escondidamente por las partes mas secretas de palacio; porque, como medianero de una paz odiosa, no fuese muerto por los soldados. El, perdida del todo la autoridad de mandar y de prohibir, no era ya Emperador, sino solamente la causa de la guerra.

Apenas habia vuelto Marcial al Capitolio, quando los soldados furiosos sin Capitan, gobernándose cada qual por su cabeza, atravesado con velocidad el Foro y los templos que le dominan, alargáron las esquadras al traves del collado hasta las primeras puertas del Capitolio. Habia antiguamente pórticos á la parte diestra de aquella subida, desde cuyos tejados con piedras y tejas eran rechazados los Vitelianos armados de solas sus espadas; habiéndoles parecido cosa de sobrada dilacion el hacer venir máquinas y armas arrojadizas. Y así,

*iuvene profici? iret obviam legionibus, et de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum praelii cessura.*

Trepidus ad haec Vitellius, pauca purgandi sui causa respondit, culpam in militem conferens, cuius nimio ardori imparem esse modestiam suam: et monuit Martialem, ut per secretam aedium partem occulte abiret, ne a militibus internuntius invisae pacis interficeretur: ipse neque iubendi, neque vetandi potens, non iam imperator, sed tantum belli causa erat.

Vix dum regresso in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo duce: sibi quisque auctor: cito agmine, forum, et imminencia foro templa praetervecti, erigunt aciem per adversum collem, usque ad primas Capitolinae arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere cliyi, dextrae subeuntibus: in quarum tectum egressi, saxis tegulis-

arrojaron hachas encendidas en el pórtico mas eminente, iban siguiendo el fuego ; y hubieran entrado por las puertas y quemadas del Capitolio , si Sabino , arrancadas de sus asientos las estatuas , (honra de nuestros mayores) no las hubiera hecho servir en lugar de muro. Con esto acometiéron al Capitolio por diversas partes; es á saber, arrimados al bosque de la inmunidad , y por donde la roca tarpeya se dexa subir con cien escalones. Fuéron improvisos ambos acometimientos: el mas cercano y mas terrible fué el que venia por el bosque. A este fué imposible resistir, subiendo por los edificios vecinos , á los quales la larga paz habia dexado igualar con el llano del Capitolio. Aquí se duda si los expugnadores fuéron los que pegaron fuego á los techos , ó los sitiadores , (como afirman los mas) por rechazar á los que se esforzaban á pasar ó ya habian pasado. Porque de allí , discurrendo el fuego por los soportales apegados á las casas, las águilas que sostenian el cornison , siendo de madera antigua, tomaron la llama , y la alimentáron de suerte , que el Capitolio á puertas cerradas , sin ser defendido , ni tampoco entrado, se abrasó.

---

que Vitellianos obruebant : neque illis manus , nisi gladiis armatae : et arcessere tormenta , aut missilia tela , longum videbatur : faces in prominentem porticum iecere : et sequebantur ignem ; ambustasque Capitolii fores penetrassent , ni Sabinus revulsas undique statuas , decora maiorum in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diversos Capitolii aditus invadunt , iuxta lucum asyli , et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improvisa utraque vis ; prior , atque acrior per asyllum ingruerat : nec sisti poterant , scandentes per coniuncta aedificia : quae , ut in multa pace , in altum edita , solum Capitolii , aequabant. Hic ambigitur , ignem tectis oppugnatores iniecerint , an obsessi , quae crebrior fama est , quo nitentes ac progressos depellerent. Inde lapsus ignis in porticus , appositas aedibus : mox sustententes fastigium aquilae , vetere ligno , traxerunt flammam , alueruntque. Sic Capitolium , clausis foribus , indefensum , et indireptum , conflagravit.



Este exceso fué el mas infeliz y lastimoso que sucedió al pueblo Romano despues de su fundacion : no por manos de enemigos extrangeros, sino en tiempo que, si nuevas costumbres no lo desmerecieran, parece que teniamos propicios á los dioses. Porque, ¿qué cosa pudo haber de mayor lástima, que ver la habitacion de Júpiter Optimo Máximo, fabricada por los antiguos dichosamente por prenda del Imperio, á quien Porsena con la ciudad rendida no pudo profanar, ni los Galos quando la entráron por fuerza, quedar ahora asolada por el furor de sus propios Príncipes?

Ardió ya otra vez el Capitolio en las guerras civiles; mas por engaño particular; donde ahora fué á la descubierta sitiado, y abrasado á la descubierta. Mas veamos con qué ocasion ó por qué premio para la patria en recompensa de tan gran estrago.

El Rey Tarquino Prisco, haciendo la guerra á los Sabinos, hizo voto de edificarle, y hechó los fundamentos: mas confiado en la esperanza de futuras grandezas, que por que pudiesen bastar las fuerzas (entónces pequeñas) del pueblo Romano.

Despues Servio Tulio con el favor de los confederados, y

*Id facinus post conditam urbem, luctuosissimum, foedissimumque pop. Rom. accidit: nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis, sedem Iovis optimi maximi, auspicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Porsena dedita urbe. neque Galli capta, temerare potuissent; furore principum excindi?*

*Arserat, et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum: quibus armorum caussis, quo tantae cladis pretio stetit pro patria bellavimus?*

*Voverat Tarquinius Priscus rex, bello Sabino, ieceratque fundamenta, spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc pop. Rom. res sufficerent.*

*Mox Servius Tullius sociorum studio; deinde Tarquinius Super-*

trás él Tarquino el soberbio, tomada Suesa Pomería, lo fabricaron con los despojos enemigos. Mas la gloria de esta obra fué reservada al tiempo de la libertad.

Porque echados los Reyes, Oracio Pulvilo, siendo Consul la segunda vez, lo consagró con tanta magnificencia, que las riquezas infinitas del pueblo Romano pudieron antes ornarle, que acrecentarle. Fué de nuevo reedificado sobre los mismos cimientos quatrocientos y veinte y cinco años despues; porque en el consulado de Lucio Scipion y de Cayo Norbano se quemó. Encargóse de restaurarle el victorioso Sila, aunque no le dedicó, que fué solo esto lo que le faltó para el colmo de su felicidad. El nombre de Lutacio Catulo, que al fin alcanzó á dedicarle entre tantas obras de Césares, se conservó hasta Vitelio.

Ardia entre tanto el templo, cuyo incendio era de mayor espanto á los sitiados, que á los sitiadores: porque á los soldados Vitelianos no faltaba astucia ni corazon en los peligros: de la otra parte los soldados medrosos, el Capitan débil, al qual (como perdido de ánimo) ni la lengua ni los oidos le servian, no sabiendo gobernarse por consejo de otros,

bus, capta Suessa Pometia hostium spoliis extruxere. Sed gloria operis, libertati reservata.

Pulsis regibus Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit, ea magnificentia, quam immensae postea pop. Rom. opes ornarent potius, quam auferent. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto CCCCXV. annorum spatium, L. Scipione, C. Norbano, Coss. flagraverat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum. Lutatii Catuli nomen, inter tanta Caesarum opera, usque ad Vitellium mansit.

Ea tunc aedes cremebatur. Sed plus pavoris obsessis, quam obsessores intulit. Quippe Vitellianus miles, neque astu, neque constantia, inter dubia indigebat. Ex diverso trepidi milites, dux segnis, et veluti captus animi, non lingua, non auribus competere: neque

ni executar el suyo: llevado de acá y de acullá por los gritos del enemigo, ora vedando lo que habla mandado, y ora mandando lo que habia vedado, de suerte que (como sucede en las cosas desesperadas) todos ordenaban, y ninguno executaba.

Finalmente, arrojadas las armas, comienzan á pensar en la huida y en el modo de salvarse con engaño. Entran impetuosamente los Vitelianos, pasándolo todo á fuego y á sangre, degollados algunos pocos hombres de guerra que se atrevieron á hacer rostro; entre los quales los mas señalados fueron Cornelio Marcial, Emilio Pacense, Casperio Negro, y Deditio Ceva.

Rodean á Flavio Sabino, á quien hallaron desarmado, y sin señal alguno de quererse huir, y á Quinto Atico, Consul, descubierto á la sombra de aquella dignidad y de su vanidad propia; habiendo publicado al pueblo magníficos edictos en favor de Vespasiano, y llenos de oprobios contra Vitelio: los demas en diversos modos se salvaron; algunos vestidos de esclavos, otros asegurados de la fe de los amigos, y escondidos entre el bagage. Hubo otros que, tomado el contraseño ó nom-

alienis consiliis regi, neque suo expedire: huc illuc clamoribus hostium circumagi: quae iusserat vetare, quae vetuerat iubere. Mox quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exsequi.

Postremo, abiectis armis, fugam, et fallendi artes circumspectabant. Irrumpunt Vitelliani, et cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes, Cornelius Martialis, AEmilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi obruncantur.

Flavium Sabinum inermem, neque fugam coeptantem, circumstant, et Quinctium Atticum consulem, umbra honoris, et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. Ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fidem clientium contacti, et inter

bre de los Vitelianos, con el qual se reconocian entre sí, pidiendo y dándolo resolutamente, en vez del escondrijo les valió su atrevimiento.

Domiciano al primer asalto, metido en el aposento de una de las guardas del templo, por advertencia de cierto liberto que le hizo despues vestir de lienzo y pasar entre los demas ministros de los sacrificios, sin ser conocido, se retiró en casa de Cornelio Primo, clientulo de su padre, junto al velabro.

A cuya causa, imperando Vespasiano, derribado el aposento de la guarda del templo, hizo una capilleja á Júpiter conservador, en la qual puso un altar, y en un marmol la memoria del suceso.

Despues siendo él Emperador, consagró un templo grande á Júpiter custodio, y mandó poner su imágen en los brazos del mismo Júpiter. Sabino y Atico, cargados de cadenas, fueron llevados á Vitelio, que no los recibió con palabras ó rostro de enemigos, bramando sobre ello los que pedian licencia para matarlos, y premios por las hazañas de aquel dia. Y levantando las voces los que estaban mas cerca, una parte

sarcinas abditi. Fuere, qui excepto Vitellianorum sigao, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes, respondentisque, audaciam pro latebra haberent.

Domitianus, primæ irruptione apud aedituum occultatus, sollertia liberti, lineo amictu turbæ sacrificolarum immixtus, ignoratusque, apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum, delituit.

Ac potente rerum patre, disiecto aeditui contubernio, modicum sacellum Iovi conservatori, aramque posuit, casusque suos in marmore expressit.

Mox imperium adeptus Iovi custodi templum ingens, seque in sinu dei sacravit. Sabinus et Atticus onerati catenis, et ad Vitellium ducti, nequaquam infesto sermone, vultuque excipiuntur, frementibus, qui ius caedis, et præmia navatae operæ petebant. Clamore a

del vulgo mas vil pedia la muerte de Sabino, mezclando adulaciones con amenazas. Y queriendo Vitelio así en pie como estaba rogar por él desde las gradas de palacio, hicieron tanto, que desistió de ello.

Entonces, atravesado Sabino, y acrivillado de golpes, quitándole al fin la cabeza, fué su cuerpo arrastrado á las Gemonias. Tal fué el fin de este hombre, á la verdad, no despreciable. Habia militado treinta y un años por la República, claro en la guerra y en la paz. No se podia argüir cosa contra su inocencia y justicia. Era largo en sus razonamientos, y de esto solo dicen haber sido tachado en el discurso de siete años que gobernó la Misia, y en doce que fué Prefecto de Roma. En el fin de su vida fué tenido de algunos por hombre de poco; de muchos por manso, y escaso de la sangre Romana. En lo que conviniéron todos fué, que antes que Vespasiano fuese Emperador, la reputacion de aquel linage consistió en Sabino. Hallamos que su muerte fué agradable á Muciano, y decian muchos que con ella se habia prevenido á la paz, quitada de por medio la competencia entre dos, de los

proximis orto, sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. Stantem pro gradibus palatii Vitellium, et preces parantem, pervicere, ut absisteret.

Tum confossum, conlaceratumque, et abscisso capite truncum corpus Sabini, in Gemonias trahunt. Hic exitus viri, haud sane spernendi. Quinque, et XXX. stipendia in Republica fecerat, domi, militiaeque clarus. Innocentiam, iustitiamque eius, non argueres: sermonis nimius erat: id unum septem annis, quibus Moesiam; duodecim, quibus praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor. In fine vitae, alii segnem; multi moderatum, et civium sanguinis parcum credidere. Quod inter omnes constiterit, ante principatum Vespasiani, decus domus penes Sabinum erat. Caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus. Ferebant plerique etiam paci consultum, dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem imperatoris, alter

quales el uno se conocia por hermano del Emperador, y el otro por compañero.

Hizo Vitelio resistencia al pueblo que pedia la muerte del Consul, aplacado con él y casi pagándole en la misma moneda; porque preguntado por algunos quién habia puesto fuego al Capitolio, habia voluntariamente Atico hechándose á sí la culpa. Con cuya confesion, ó mentira acomodada al tiempo, cargaba sobre sí el ódio y vituperio de aquel crimen, quitándolo al bando Viteliano.

§. XIV. En los mismos días Lucio Vitelio, hecho alto con el campo en Feronia, se aprestaba para ir á expugnar á Terracina, donde tenia tan encerrados á los gladiadores, y á la chusma de la armada, que no se atrevian á salir fuera de las murallas ni atentar la batalla en Campaña. Era cabeza de los gladiadores, como diximos arriba, Juliano, y de los remeros Apolinar, en lascivia y vileza mas parecidos á gladiadores que á Capitanes.

Sin hacer guardia, sin fortificar los lugares mal seguros de las murallas, dia y noche en pasatiempos, haciendo resonar con sus músicas aquellas amenas riberas, con los sol-

*consortem imperii cogitaret.*

*Sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus, ac velut vicem reddens, quod interrogantibus quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat. Eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam, crimenque agnovisse, et a partibus Vitellii amolitus videbatur.*

§. XIV. *Iisdem diebus L. Vitellius, positus apud Feroniam castris, excidio Tarracinae imminebat: clausis illic gladiatoribus, remigibusque, qui non egredi moenia, neque periculum in aperto audebant. Praeerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Appollinaris remigibus, lascivia, socordiaque gladiatorum magis, quam ducum similes.*

*Non vigilias agere, non intuta moenium firmare, noctu, dieque fluxi, et amoena litorum personantes, in ministerium luxus dispersis*

dados esparcidos y empleados en servicio de sus desórdenes, y hablando de la guerra solamente en los banquetes. Habia partido pocos dias antes Apinio Tiron, el qual buscando dineros rigurosamente, y pidiendo donativos por aquellos municipios, habia adquirido mas aborrecimiento que ayuda para su bando.

En tanto un esclavo de Verginio, Capitan, huyó á Lucio Vitelio, prometiendo que si se le daban soldados, se atreveria á meterlos escondidamente en el castillo vacio de gente. Con este, pasada una parte de la noche, se enviaron algunas cohortes sueltas, á la cima de un monte caballero á los enemigos. Y de allí corriendo los soldados, mas presto á matar que á pelear, los pasaron á cuchillo hallándolos desarmados, ó buscando las armas: muchos tambien despertando del sueño, y todos espantados de la noche, del rumor de las trompas y gritos del enemigo. Hiciéron rostro unos pocos gladiadores, y no murieron sin venganza.

Los otros huyendo hácia las galeras (donde con el mismo espanto habia la misma confusion) eran muertos indiferentemente con los de la tierra, con quien se habian mezclado. Salváronse al principio de la refriega seis Liburnicas con Apo-

*militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. Paucos ante dies discesserat Apinius Tiro: donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis, plus invidiae, quam virium partibus addebat.*

*Interim ad L. Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit, pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuum arcem furtim traditurum, multa nocte cohortes expeditas summis montium iugis, super caput hostium sistit: inde miles ac caedem magis, quam ad pugnam decurrit: sternunt inermes, aut arma capientes, et quosdam somno excitos; cum tenebris, pavore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. Pauci gladiatorum resistentes, neque inulti cecidere.*

*Ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex*

linar general de la armada : las otras, ó fuéron tomadas en la costa, ó sobrepujadas del peso de la gente que concurria, sorbidas de las ondas.

Juliano llevado ante Lucio Vitelio y azotado feamente, fué degollado en su presencia. Imputáron muchos á Triaria muger de Lucio Vitelio, el haber entre aquellos llantos y muertes de la presa de Terracina, con la espada al lado, procedido cruel y soberbiamente.

El enviando á su hermano la laurea de aquel próspero suceso, le avisó que ordenase si debía volverse luego, ó procurar acabar de reducir á su obediencia la provincia de Campania, cosa que no solamente sirvió mucho al bando Flaviano, pero tambien á la República; porque si aquellos soldados frésco en la victoria á mas de su natural obstinacion, fieros tambien por la prosperidad volvieran hácia Roma; se hubiera peleado con tantas fuerzas, que sucediera sin duda la ruina de la ciudad: siendo Lucio Vitelio, (aunque infame) hombre despierito, y no por via de virtud como los buenos, mas como los mas perversos por el vicio de algun valor.

*liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinaris: reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit.*

*Iulianus ad L. Vitellium perductus, et verberibus foedatus, in ore eius iugulatur. Fuere, qui uxorem L. Vitelli Triariam incesserent, tanquam gladio militari cincta, inter luctum, cladesque expugnatae Terracinae, superbe, saeveque egisset.*

*Ipsa lauream prospere gestae rei, ad fratrem misit: percunctatus statim regredi se, an perdomandae Campaniae insistere iuberet. Quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed Reipublicae fuit: nam si recens victoria miles, et super insitam pervicaciam secundis ferox, Romam contendisset; haud parva mole certatum, nec sine exitio urbis foret: quippe L. Vitellio, quamvis infami; inerat industria: nec virtutibus, ut boni; sed quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.*



Miéntras suceden estas cosas á los Vitelianos, partido de Narni el ejército Flaviano, se entretenía ociosamente en Otricoli á las fiestas Saturnales. Ocasión de esta dilación mal considerada era el esperar á Muciano. No faltó quien concibiese sospecha, imputando á Antonio que hubiese contemporizado con engaño despues de haber secretamente recibido cartas de Vitelio, en las cuales le ofrecía en premio de la traición el consulado y una su hija por muger, ya en edad de marido, con riquísima dote. Otros tenían á todas estas cosas por calumnias, compuestas en gracia de Muciano: y algunos tuvieron por opinión, que el designio de estos Capitanes fué mostrar á Roma la guerra, antes que hacérsela; pues que rebeladas á Vitelio las mejores cohortes, y quitados todos los socorros, parecia imposible que dexase de renunciar el Imperio.

Mas primero la prisa de Sabino, y despues su poco valor lo estragaron todo; habiendo tomado las armas temerariamente, y no sabido defender contra tres cohortes el castillo fortísimo del Capitolio, inexpugnable aun á gruesos ejércitos. Aunque malamente, se puede atribuir á uno solo la

*Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus, festos Saturni dies, Otricoli per otium agitabat. Causa tam pravæ morae, ut Mucianum opperirentur. Nec defuere, qui Antonium suspicionibus arguerent, tanquam dolo cunctantem, post secretas Vitelli epistolas, quibus consulatum et nubilem filiam, et dotales opes, pretium prodicionis, offerebat. Alii ficta haec, et in gratiam Mutiani composita. Quidam omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum, quam inferre: quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent, et abscissis omnibus praesidiis, cessurus imperio videbatur.*

*Sed cuncta festinatione: deinde ignavia Sabini corrupta: qui sumptis temere armis, munitissimam Capitolii arcem, et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, adversus tres cohortes tueri nequivisset.*

culpa que fué de todos; porque Muciano con sus cartas de diversos sentidos detenía á los vencedores, y Antonio con obedecerle fuera de tiempo, ó con querer prevenir su aborrecimiento, excusando el entrar armado en Roma, mereció ser inculpado de esta falta: y los otros Capitanes, teniendo por acabada la guerra, hicieron el fin de ella mas señalado.

Ni Petilio Cerial, enviado delante con mil caballos, y orden que, salido fuera del camino de la Sabina, entrase en Roma por la vía Salaría, habia usado de bastante diligencia, hasta que despertó á todos de golpe la fama del Capitolio. Antonio por la vía Flaminia llegó ya de noche á Sasi Rosi con su tardio socorro. Supo allí la muerte de Sabino, el incendio del Capitolio, que temblaba Roma, y que todo estaba en lastimoso estado.

Advirtieronle tambien, de que la plebe y los esclavos se armaban en favor de Vitelio. A mas de esto Petilio Cerial habia pechado con su caballería infelizmente: porque corriendo con poco recato, como contra gente vencida, fué recibido con valor por los caballos Vitelianos mezclados con infantería. Peleóse no lejos de la ciudad entre los huertos y edi-

*Haud facile quis uni assignaverit culpam : quae omnium fuit: nam et Mucianus ambiguis epistolis, victores morabatur; et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit: ceterique duces, dum peractum bellum putant, finem eius insignivere.*

*Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum, Salaria via urbem introiret, satis maturaverat: donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis, serum auxilium venit. Illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere urbem, moesta omnia accepit.*

*Plebem quoque, et servitia pro Vitellio armari, nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre praelium adversum fuerat; namque incautum, et tanquam ad victos ruentem, Vitelliani interiectus equiti pedes ex-*

